cam oues meas ꝛ ego accubare faciā eas dicit dn̄s Et pſalmiſ.
Quā dulcia faucibus meis eloq̄a tua Glo. Jn q̄bus remiſſio et
vita predicať faucibus meis Glo. cordis nō carnis ad degluciē
dum: ꝛ ori meo ad loquendū: faucibus nāqꝫ mētis deglutit: ore
loq̄tur: ꝛ loquēti ſunt dulcia. Jn p̄cepto Mathei ij° Jugū enim
meū ſuaue ē ꝛ onus meū leue ¶ Sed h̄ pōt moueri queſtio: vtꝝ
lex noua ſit leuior veteri Et videť ꝙ nō. Lex eni euāgelica totā
legē moyſi tenet incluſam vt dicit Criſoſ. ſup Mathꝫ. On⁹ aūt
qđ aliud includit grauius videť ḡ ꝛc̄. Jn oppoſituꝫ ē illud Ma
thi. ij° pauloante recitatū Venite inq̄t ad me veritať magiſter.
Omnes q̄ laboratis ꝛ onerati eſtis: vbi veterem labori ꝛ oneri
nouā v̄o refectioni cōpat: vbi ſeq̄tur. Jugū eni meū ſuaue eſt et
onus meū leue. Rn̄ſio. De ḡuitate legis ꝛ euāgely ē loq̄ dupli
ter: ſicut de ḡuitate alicuius oneris: aut ſcđꝫ ſe: aut in cōpatiōe
ad vires portātis. Aliq̄d eni ē oneroſum debili qđ forti eſt leue.
¶ Scđo mō abſolute: lex ē oneroſior euāgelio ꝓpter tria. Prio
quia lex cogebat p̲ modū timoris. Euāgeliū v̄o ex amore iduc
Primū cōſtringit: ſcđm dilatat. 2° ꝓpter gr̄e auxiliū que cōferť
in lege noua p̲ ſacramēta euāgelica ꝛ nō in lege veteri. ¶ Ter
tio ꝓpter viriū cōfortationē: hoīm vires p̲ xp̄i doctrinaꝫ ꝛ opa
euāgeliū cōfortat. Primū vero modū oportet diſtinguere. Con
tingit loq̄: aut ſcđꝫ preceptoꝝ numerū ꝛ quātitatē: aut ſcđm per
fectionē ꝛ qualitatē. Prio horū modoruꝫ lex oneroſior ē multo
euāgelio: ꝓpter nimiā preceptorū multitudinē. Cōtinebat eniꝫ
mľta ceremonialia: iudicialia: ꝛ moralia. Euāgeliū v̄o ſolū mo
ralia cōtinet: que etiā oia in vno v̄bo abbreuiato dilectiōis dei
ꝛ ꝓximi cōcludūtur: preter pauca: q̄ ſupaddit ex doctrina xp̄i et
apľorū ſicut de ritu ſacramētorū licꝫ aliqua ſint poſtmōm ſuper
addita ex inſtitutione ſcōꝝ patruꝫ: de q̄bus etiā ne ꝯuerſatio fi
deliū oneroſa reddať. Aug⁹. dicit eē moderationē attēdendam
Dicit eni ad inq̄ſitiōes ianuary de q̄buſdā ꝙ ipam religionem
nr̄am ſcꝫ xp̄ianā quā in pauciſſimis ꝛ maifeſtiſſimis celebrati
onē ſacris dei voluit mīa eſſe liberam ſeruilibus premūt oneri
bus adeo vt tollerabilior ſit cōditio iudeoꝝ qui ſacramētis le
galibus nō hūanis preſumptiōibus ſubiciūť. ¶ Secūdo modo

Aūt euangeliū quodāmō grauiora videtur continere precepta quia eius pcepta maiorē pfectionē continēt eo ꝙ neduz percipi unt actū exteriorē ſ; etiā interiorē motū anī ſicut patz mathi 7º ⁊ per hoc patet dubitatio ſoluta. ¶ Ad argumentū in oppoſituz dicitur ꝙ euāgeliū continet legē in ſenſu ſpūali ⁊ nō litterali ex quo habet maximā grauitatē: lex enī noua cōtinet veritatez figuratā: vetus vō figurarū multiplicitatē que mltiplicitas ad paucitatē figuratorū in lege noua reducta ē. ¶ Denuo poteſt argui. Quāuis enī cōpatiue ad legē veterē lex nr̄a euāgelica videatur dultior: tn̄ in ſe cōpitur eē difficilis ⁊ grauis ad iplēda Mathi 7º Arta ē via que ducit ad vitā g° non videt̄ eſſe cenſendus Jeſus dulcis pceptor. ¶ Solutio ꝗuis in principio videat̄ grauare qr difficile ē cōſuetudinē deſerere ſicut in ſtupore dentiū grauat prio comedere: tn̄ poſt delectat pceſſu tpis ieffabilis delectatiōis dulcedie. puer. 4. Ducā te per ſemitā eqtatis quā cuz ingreſſus fuetis nō artabūtur greſſus tui. Beda nihil aridū hūilib9 nihil aſperū mitibus ⁊ facile pcepta veniūt in affectuz qn̄ ⁊ gratia pcedit auxiliū. Bernar. Multi vidēt nr̄as pūctiōes ſ; nō nr̄as vnctiones ⁊ leue fit qd bene fert̄ onus: videbātur ne Jacob dies pauci qbus ſeruiuit pro Rachele pre amoris magnitudie. Geñ. 29. ⁊ Ber. Ser. de oībus ſanctis. Legimus in euāgelio ⁊c̄. Fiducialit̄ inqt ſequor te dn̄e quocūqꝫ ieris ⁊ ſecure incedo viā mādatorū tuoꝝ: ſciēs qm̄ per eā pceſſeris ipe. Secure inqꝫ viā mādatoruz tuoꝝ curro qm̄ qdam noui a ſummo celo egreſſio tua Ad currēdam hāc viā ⁊ occurſus tuus vſqꝫ ad ſummuz eius fuerit p hāc viā. ¶ Tertio cōpletie in pria. Ancel9. in meditatiōibus. O dulciſſime puer: qn̄ te videbo: qn̄ ante faciē tuā apparebo: qn̄ ſatiabor pulchritudie tua: qn̄ videbo vultū tuū deſiderabilē in quez deſiderāt angeli pſpicere: ve aīe te nō amāti: te nō querenti: q̄ ſi mūdū diligit pctīs ſeruit: nūqꝫ ē qeta nūqꝫ ſecura: nihil queſo ſine te mihi placeat: mihi dulceſcat ſpeōſuz: nihil pter te arrideat ptioſuz: vileſcāt mihi oīa pret̄ te: qd tibi ſit aduerſuz mihi ſit moleſtū: ⁊ tuū bn̄placitū ſit meū indeficiēs deſideriū: tedeat gaudere ſine te: delectat gaudere tecū ⁊ flere tecū. ¶ O bone Jeſu ſi tā dulce ſit flere ꝗꝫ dulce ē de te gaudere. Hec ille. ¶ In preſentia hui9 dulcedīs ceſſat oīs delectatio mūdialis: quā poſtulās ſcūs Seraphic9 doctor fert ide. 4. exercici. Quādo te videbo gaudiū meū qd deſidero. O qn̄ appebit glia ei9 quam eſurio. O qn̄ veiet cōſolator me9 quē expecto. O ſi qn̄ inebriabor ab vbertate dom9 ei9 ad quē ſuſpiro. Jā iqt m̄ grauis ē ad vidēdū oīs creatura

# Dulcedo.

Tertio pricipaliter videre
reſtat de dulcedie vginei floris ſcȝ Marie. Vñ carmē
noſtrū canit Dulcedo in abſtracto: ad deſignādum ꝙ
quicqd gr̃e habuit in exceſſu habuit ita vt magis ī ab
ſtracto q̄ȝ in concreto de ip̄a oīs gr̄a dicēda ſit. Si eteniȝ de bt̄o
Martino canit cōfeſſio eccleſiaſtica O Martine dulcedo ⁊ me
dicamentū: q̄ȝto magis de hac noſtra Maria omnium dulciuȝ
dulcedine Et vere dulcedo.

**Scilicet.**

Ex filij conceptione.
Sui conuerſatione.
Mentis dulcoratione.

¶ De primo īquit Ancelmus in omelia Intrauit Ieſus. O q̄ȝ
magna multitudo dulcedinis dei fuit in beata vgine qñ ſpirit⁹
ſcūs in eā ſupuenit ⁊ virtus altiſſimi obūbrauit ei: ⁊ de eodem
ſpiritu ſancto cōcepit. ¶ Inebriabatur ab vbertate domus dei
⁊ torrēte voluptatis eius potabatur. Nec mirū: qm̄ apud eā ym
mo intra eā erat fons vite. Nemo vnq̄ȝ guſtauit ſicut iſta q̄ȝ ſu
auis ē domin⁹. Hec ille. Sicut pixis euacuata elcuarijs retinet
dulcedinē: veteranus vitis vineū ſaporē cuȝ vua ⁊ veſtis flore
lanem reſperſa odorē: ita ⁊ Maria in cuius vteri pixide electu
arium ⁊ ſapor ōnis gratie ex eius apotheca nobis omne medi
camentū effluxit de vite. ¶ Dicit nāq̄ȝ ip̄a illud ſapiēcie ſibi ap
propriatuȝ. Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris et flo
res mei fructus honoris ⁊ honeſtatis. ¶ Super quo Albertus.
Ser. 26. de ſacramēto euca. Venite comedite ⁊c̄. Vitis inq̄t hec
beata virgo ē vua huius vitis corpus xpriſti ⁊ vinum ſanguis
eiuſdeȝ: vua ğ precioſa orta de flore vitis ē corpus xpriſti precio
ſum attractū de virginitate matris. ¶ De flore dicit cōfeſſio ec
cleſiaſtica. Stirps ieſſe virgaȝ produxit virgaq̄ȝ florem ⁊ ſuper
hunc florem requieſcit ſpūs almus virgo dei genitrix virga eſt
flos filius eius. ¶ Et ſicut vas habēs in ſe liquorē dulciſſimum
retinet in ſe poſt effuſionem odorē: ſic in beata virgine Maria
merito pmanet dulcedo ineffabilis in cuius vētris circulo dul
ciſſimus fructus requieuit ſumma pfectione ⁊ gratia nouē mē
ſibus. Unde Fulber. Carnoteñ. Ser. Creatoris matreȝ ⁊c̄. Ort⁹
inquit deliciaruȝ nobis ē tuus ſacratiſſimus vterus o Maria:
quia ex eo multiplicis gaudij flores colligimus: quotiēs mente

recolimus q̄ꝫ magna multitudo dulcedis vniuerſo orbi inde ꝑ
fluxerit. Quocūqꝫ inqͣt Seraphic⁹ ꝑgamus occurrit nobis diffu
ſio vteri v̄ginalis: nos vndeqꝫ ſuis bñficijs irretiunt ⁊ ſemꝑ et
vbiqꝫ ſue benignitatis ⁊ dulcedis laqͦs extēdit vt ab ipa mr̄e
dulciſſima fugere rōnalit̄ neqͣmus ſꝫ ſemꝑ in eius dulcedinis
gremio q̄eſcamus. ¶ Scdō ex ſui cōuerſatiōe cū dulciſſiō Jeſu
cōuerſata ē: nōne paſtores ayt euāgeliſta īuenerūt pueruꝫ Ma
riā ⁊ Joſeph ⁊ reges īuenerūt cū Maria mr̄e ei⁹. Inſuꝑ dulcis
fuit in locutiōe. Cāticoꝝ Uox enī tua dulcis. Bernar. Ser
Signū magnū ⁊c. Ubi inqͣt aliqñ loquax: vbi p̄ſumptuoſa ſuiſ
ſe videt̄ foris ſtabat q̄rens loqui filio: nec mr̄na auctem intru
pit: in q̄ filius loq̄bat̄ iux̄ ſapiēt] v̄bū dicētis. Sapiēs loq̄t̄ v̄buꝫ
in tp̄e ſuo. Eccleſiaſtici 4. Tēpus loquēdi. Rationabilit̄ tēpeſtie
⁊ tenuit̄ v̄ba ꝑtulit ⁊ ꝑlata dulcit̄ direxit: vt ex ipis v̄bis lauda
ret̄ a ſpōſo in Cātic] 4. Fauus diſtillās labia tua ſpōſa: ſeptem
mellis ſtille ſūt ſeptē dulciſſima v̄ba q̄ ad deū ad āgelū ⁊ hoīeꝫ
fert̄ in euāgelica ſerie habuiſſe. Ad angelū v̄bū caſtitatis ⁊ hūi
litatis. Caſtitatis qñ angelo R̄ndit Luce primo. quō fiet iſtud
qm̄ virum nō cognoſco: ideſt me cognituram ꝑpoſui. vbi dic̄ glo.
ꝙ vouerat caſtitatē: h̄ v̄bū caſtū medicamētū ē luxurioſoꝝ Se
cundū verbū maxime hūilitatis ⁊ hoc cōtra ſuꝑbos Luce p̄mo
Ecce ancilla dn̄i fiat mihi ſcd̄m v̄bū tuū: h̄ v̄bū ſalutiferuꝫ ⁊ no
bis cōgruētiſſimuꝫ. Cui doct. Melliflu⁹ alludēs ſuꝑ miſſus qm̄
fert auditui tuo datū ē gaudiū ⁊ leticia audiamus ⁊ nos rn̄ſuꝫ
tuū qđ deſideramus vt iā exultēt oſſa hūiliata expectat angel⁹
reſpōſuꝫ tuū: tēpus enī ē vt reuertat̄ ad eū qui miſit illū. Expec
tamus ⁊ nos o dn̄a verbū miſeratiōis quos miſerabilit̄ premit
ſentētia dāpnatiōis: ⁊ ecce offert̄ tibi p̄ciū nr̄e ſalutis ſtatiꝫ libe
rabimur ſi cōſētis i ſēpit̄no dei v̄bo: fcī ſum⁹ oēs: ⁊ ecce oēs mo
rimur ī tuo breui reſpōſo: oēs ſum⁹ reficiēdi vt ad vitaꝫ reuoce
mur. hoc ſupplicat ad te o pia v̄go flebil̄ Adā cū miſera ſobole
ſua exul de ꝑadiſo: h̄ Abrahā: h̄ Dauid: h̄ ceteri flagitāt ſcī p̄res
tui: qui ⁊ ipi habitāt in regiōe vmbre mortis: h̄ totus mundus
tuus genibus prouolutis expectat ⁊ hoc angelorum chori eruc
tauit. hec virgo verbum bonum ⁊ ſuaue ſalutiferumqꝫ deo di
cens Ecce ancilla domini. ¶ Quatuor ſunt in bona ancilla que
declarantur ⁊ hoc breui verbo ſcilicet: promptitudo in ly ecce:
humilitas in ly ancilla dn̄i obediētia: cū dixit fiat mihi ſ᷒ v̄bū
tuū. ¶ Inſuper duo v̄ba habuit ad hoīes: ſcilicet v̄bū caritatis
⁊ compaſſionis. ¶ 2ͦ. verbuꝫ veritatis ⁊ inſtructiōis. Primum

Luce p̄mo. Et ſalutauit Elizabeth. etiā prioꝛ h̄ ꝯtra rācoſos hoc
verbū dulce in quo puulus nōduꝫ natus in vtero mr̄no ē lique
fact⁹. De 2.º qn̄ miniſtris dixit in nupcys Quōcūqꝫ dixerit vobis
facite. ¶ Tertio hūit tria dulcia v̄ba ad deū cū quo plus locuta
ē alys: ſcꝫ v̄bū gratulatiuū: q̄rulatim: cōpaſſiuū. ¶ Gratulatiuū
cōtra ingratos ꝓ ſui reſpectiōe dicēs. Magnificat aīa mea dn̄m
Glo. qꝛ tāto munere dn̄s me ſublimauit vt nullo lingue officio
explicare valeā: ideo aīa mea magnifica dn̄m nō in ſe ſꝫ in me.
¶ De v̄bo q̄rulatio habeť Luc. 2.º Fili q̄d feciſti nobis ſic ſcilꝫ
vt remaneres nobis ignoꝛātibus. Ecce ego ⁊ pater tuus putati
uus dolētes q̄rebamus te: hoc v̄bū ꝯtra ipacietes. ¶ Poſtremo
verbū cōpaſſiuū ꝓtulit cū dixit in nupcys. Joānis 2.º vinum nō
habēt: ſpōſus ſcꝫ ⁊ ſpōſa vel miniſtri cōuiuy: nō enī putabat eū
hoc neſcire ſꝫ vt oſtēderet ſuā cōpaſſionē ⁊ fily poteſtatē. Ecce q̄
liť dulcis Maria v̄bis ſuis vtiliť tenuiť ⁊ dulciť vſa ē. ¶ Adda
mus etiā v̄bū mellíflui doct. Ber. Signū magnū ⁊c̄. Totiēs igť
Maria filiū audiuit nō mō turpis loquenteꝫ in ꝑabolis ſꝫ ⁊ diſ
cipulis ſeoꝛſum regni dei miſteria reuelātē: vidit miracula faci
entē: vidit demū in cruce pēdentē: vidit expirātē: vidit reſurgē
tē: vidit ⁊ aſcēdentē: ſꝫ ⁊ in hys oībus quotiēs verecūdiſſime v̄
ginis quotiēs pudiciſſime turturis vox memoꝛať audita. Hec
ille. ¶ Salue igiť o dulcis cōuerſatiōe ſuauis locutiōe Maria
dulcedo. ¶ Tertio ferť dulcis ex ſua dulcoꝛatiōe generali ſcꝫ et
ſpēali ītuſione p̄moꝛū ex ꝑentuꝫ. ¶ Crudelis nāqꝫ fuit Eua per
quā ſerpēs ātiquus peſtiferū etiā ipi viro vir⁹ īfudit: Sꝫ fidelis
Maria q̄ ſalutis anthidotū ⁊ viris ⁊ mulieribus ꝓpinauit. Illa
enī miniſtra ſeductiōis hec ꝓpiciatiōis illa ſuggeſſit p̄uaricatio
nē hec īgeſſit redēptionē. Preterea poſt expulſionem felliti cibi
peccati cotidie nobis gr̄e dulcedinē optinꝫ. Vn̄ Seraphic⁹ vere
dulcedo q̄ amaritudinē peccati veniā īpetrādo expellis que no
bis dulcedinē gr̄e q̄ nobis dulcedinē gr̄e ⁊ vite acq̄ris. Hec ille
Nōne dulcedo nr̄a qꝛ ꝑ maternū nutrimētuꝫ ex vberibus mīe
⁊ pietatis nos reficit ⁊ lactat. Nō enī ſolū nos reficit dulciť ſꝫ ⁊
dei filiū. Qd̄ ipe fateť Cāticoꝝ poſtq̄ꝫ eū ſpōſa īuitauerat dicēs.
Veniat dilectus meus in oꝛtū ſuū ſubinfert ⁊ ipe ſpōſus q̄d ipe
comederit in oꝛto vteri v̄ginalis. Comedi inq̄t fauum cū melle
meo. Glo. Sabineñ. Hec v̄ginē ſibi cōplacuiſſe demōſtrat in du
plici vita ſcꝫ actiua ⁊ contēplatiua. Nā mel eliquatū pure contē
plationis ſignificat dulcedinē. Fauus v̄o qui cerā rudē demon
ſtrat exterius in ſuis cellulis mel occultat vitā figurat actiuam

q̄ licet in opibus rudis appareat p̱ ſingulas opū cellulas dulce
dinē cōtinet premioꝝ Et ſequiť bibi vinū cū lacte meo Idē vbi
ſ. Nā qui ꝑpter iniquitates ſic erat tactus dolore intrinſec⁹ vt
eterni ſupplicij mūdo diluuiū prepararet: poſtq̄ȝ lac bibit de vir
gine quaſi vino potatus ⁊ letificatus corde tāq̄ȝ oblitus iuſticie
ad mie beneficia ſe conuertit Hec ille. Oȝ dulciter vino amoris
inebriauit ſancte eccleſie doctores ꝑcipue Aug⁹. Jero⁹ Ambro
ſiū Bernardū Ancelmū Hildefonſū Petrū damaſ. Bonauētu
rā etiā cotidie modernos vt ⁊ magiſtrū Franciſcuȝ de retza de
quo refert Nider 4.°c.°5. formicarij ⁊ inumerabiles: q̄ de eadeȝ
plura opuſcula ſmones dulces q̄ȝ cantilenas ↄſcripſere Inſup
quicquid eſt ſpiritualis dulcedinis ſiue ex ſacri ꝑceptiōe aut ali
cuius gratie collatione hoc mediāte ipſa nobis profluit maria
eteni dulcedine ↄtēplationis replet ꝙ fateť Seraphicus ſcūs et
doctor in ſtimulo amoris dicēs O dulcedo que ad ſuaues celeſ
tis patrie cōtemplatiōes introducis: O dulcis dn̄a cui⁹ ſola me
moria affectū dulcorat: cuius meditatio magnificētie mentem
eleuat Cuius pulcritudo oculū interiorē exhilarat cuius ameni
tatis immenſitas cor meditantis inebriat O dn̄a q̄ rapis corda
dulcedine Nōne cor meū domine rapuiſti ⁊ vbi queſo poſuiſti
illud vt ipm̄ valeam inuenire: fortaſſis ibi quod refriguerat vt
calefiat Cū eni id a te poſtulo mihi arrides ⁊ ſtatī tua dulcedīe
cōſopitus quieſco. Et idē pauloañ O raptrix cordiū: o abſortrix
menciū: quid tibi ꝓdeſt animaruȝ amatrix ꝙ te ⁊ tuū filium ni
mio diligamus amore Nonne tibi celeſtia ſufficiunt: cur ťrena
corda requiris: cuȝ tn̄ ſint fetidiſſima ⁊ ťrena accipe aiārū vena
trix ⁊ refoue ī ſynu gr̄e tue Hec ille. Oȝ magna igiť dulcedo ī v̄
gine qua metuēdus dn̄s īebriat⁹ vt agn⁹ mā ſuet⁹ efficiť Jdcirco
o v̄go beata vt nobis vileſcāt mūdi fellita dulcia reple nos ro
ris celeſtis filij ꝑiter ⁊ tui ſuauitate O noſtra dulcedo.

# O Dei mať virgo ſuper ōnes

icōꝑabilr̄ ḡtioſiſſima facies gr̄aꝝ pleniſſima ī cui⁹ for
ma formoſiſſima ſtudioſiſſimus pictor vniuerſi ōnes
colores expēdūt artiſq̄ȝ ſue periciā arioſiſſime voluit īpēdere
c⁹ligua eloquētiſſima diuis angelicis ⁊ hūanis auribus dulciť
audiť reſonare Quā inſup nullius malicia ↄtumelia vel īſania
ſaltē minima iracūdia petit mouere da te mr̄eȝ pulcre dilectio
nis pſeuerant ↄſpicere tuiſq̄ȝ mulcentib⁹ dulciť iubilare aduer
ſaq̄ȝ tuo exēplo dulci pacia pertranſire vt ſpretaȝ mundi fellita

dulcedine tādē tuū ſuauiſſimū fructū melodioſā armoniā atq; dulciſſimā ſocietatē deguſtare audire τ videre valeamus.

TRia hoim genera omiſſis ſubtilioribus indagationibus repim⁹ q̄bus p̄ ceteris ſpes nō mīme congruit: ſcʒ in tenebris ſedentibus ad lucis inſpectionē: in mari nauigātibus ad portus acq̄ſitionē: in ſudore laborātib⁹ ad opis remuneratiōeʒ. ¶ De p̄mo Job. Poſt tenebras ſpero lucē Antiquis patrib⁹ ī tenebris: τ nobis ī vmbra mortis ſedentibus lux per beatā virginē orta ē qd̄ teſtatur Fulber. Carno. Ser. Creator mrēʒ. Ipſe inq̄t Sol iuſticie de te p̄ceſſur⁹ ortū ſuū quadā matutīa irradiatiōe p̄ueniēs in te lucē ſue radios copioſe trāſfudit q̄bus ptātes tenebrap q̄s Eua īdux erat ī fugā cōuertiſti atq; ita deſideratū cūctis gētib⁹ ſolē mūdo īuexiſti Tu pulcra vt luna diceris eiq; nō īmerito cōparis illa enī in ſe trāſfuſo ſolari lumīe noctē illuīat tu v̄tutū a deo tibi in ditap magnificē exēpl̄ ad imitationē tui nos p̄uocas: ſicq; nr̄aʒ noctē illuīas Hec ille ¶ De 2.° Sum⁹ enī ī h̄ mari magno τ ſpacioſo diuerſ mūdi ſcʒ vndarū agitatiōib⁹ circūdati Sʒ per Mariā maris ſtellā portū ſalutis attingere ſpam⁹: τ nauē dirigi qd̄ ſupplr̄ deprecat̄ btūs Aug⁹ ī q̄dā orōne ſup pſal.° 36. Dicēs. Aue tēplū grē tron⁹ deitatis Torrēs affluētie vt domus vbertatis. fluctuātis anchorā rege nr̄e ratē. Quia p te reddita ſpes ē deſperatis. De h̄ mari capitulo ſequēti lacius videbit̄. ¶ De 3.° Prima ad Cori. 9. Qm̄ dēt in ſpe qui arat arare τ qui triturat ideſt grana a paleis diſcernit in ſpe Glo. ſtipendiorū vel fructus p̄cipiendi Pſal. Qui ſemināt in lachrimis. Glo. in hac vita plena lacrimis opa bona mīe ad q̄ ſufficit volūtas ſi deſit facultas ī exultatiōe metēt fructū etn̄e btītudis quē colligūt ex hys q̄ ſemiant Ideo appropiate de martiribus vſq; ad ſāguis effuſioneʒ laborātibus legit̄ illud ſapie Spes illop ī mortalitate plena ē Hūc fructum p̄ciū laboris genuit nobis v̄go Maria Et iō ad eā tanq̄ vnicū ſolamē atq; refugiū nr̄m humilit̄ ſpiram⁹ dicēdo Spes nr̄a ſalue

SIc virgo glorioſa cōmēdatur τ extollitur a ſpeciali refugio τ confidētia: q̄ ſpes noſtra q̄ ſequitur dulcedinem: q̄ vite dulcedo marie ſpe cōfirmatur τ roboratur. ¶ Uidemus iuxta Senece ſentētiā E duob⁹ egris a ſimili morbo laborātib⁹ q̄uis par eis medicina donetur tn̄ de ſoſpitate ſperātē cicius eandē attingere Sic xp̄s

dixit palitico. Confide fili remittunť tibi peccata tua Notem⁹
ordinē pulcerrimū i p̄fatorum efferētia v̄borum Precedit vita
que consiſtit in gratie ⁊ virtutum integritate. ¶ Scđo dulcedo
que consiſtit in interiori gaudio ⁊ ſpirituali cōſolatione ⁊ tandē
ſpes ſubſequiť: que ex p̄miſſis hominē erigit de p̄mÿ ↄſecutiōe
Prio interiorē cōſolationē ⁊ dulcedinē: vita gr̄e precedit q̄bus
preuijs de 3.° ſperādū ē. ¶ Anteq̄ȝ largiori materia de ſpe locum
occupemus notemus diligenť ſub breuibus inq̄ȝtū ad ꝑpoſitū
ſufficere poteſt ſpei diffinitionem. ¶ Spes eni capitur pro vna
virtutum theologicarum quam magiſter ſententiarum diſtic.
26.3. deſcribens. Spes eſt iquit certa expectatio future beatitu
dinis veniens ex dei gratia ⁊ meritis precedentibus. Secūduȝ
Auguſtinū. Spes eſt virtus qua quis ſe ad illud qđ credit p̄ſu
mit peruenturū. ¶ Inſup ſcđm Bonauen. in centiloquio Spes
eſt virtus qua ſpiritualia bona dici p̄nt venia peccatoꝝ gr̄a me
ritorum gloria premioꝝ. Ita ꝙ dici poteſt: ſpes venie: ſpes gra
tie: ſpes glorie. ¶ 2.° accipiť pro re ſꝑata ad tytū 2.° Expectantes
beatam ſpem. Glo. ideſt eternā gloriā: ſicut quis loquēs de patri
monio dicit Hec eſt ſpes mea ideſt res de qua mihi ſpes. ¶ 3.° p
auxilio vel adiutorio quo id qđ ſperať impetreť. Nam ſ⁹ doc.
ſanctū ſcđa ſcđe ¶ Spes duo reſpicit: bonum qđ intendit
⁊ mediuȝ ſiue auxilium ꝑ quod optineť: ⁊ ſic illud adiutorium
vocatur interdū ſpes: quare nō icōgrue diciť a pede: quia ſicut
ille totum corpus: ita iſta totum hominem ſuſtentat: ne cadat ī
deſperationis abyſſū. Tria eni ſūt q̄bus ſpes ſpei roborať.

Scilicet
- Diuina bonitas.
- Propria operoſitas.
- Celica ſanctitas.

De p̄mo inquit Ber. Ser. m̄ias dn̄i. Tria inq̄t cōſidero i q̄b⁹
tota ſpes mea conſiſtit: ſcȝ caritatē adoptionis: veritatē ꝑmiſſio
nis: poteſtatem redditiōis. De p̄mo Math. 6.° ⁊ Luce. ij.° Sic ora
bitis Pater noſter qui es in celis ⁊c̄ Super quo glo. Quid eni
negabit filys: qui iā dedit vt p̄r: ſic patrem ſe magis dici voluit
quā dominū: vt fiduciam daret impetrandi. Ber. Q̄ȝ q̄ patris
dulceſcit noīe oīm petionū mearū ipetrandaruȝ fiduciam mihi
preſtat Unde Gerſon in de mēdicitate ſpirituali. Q̄uā fiduciaȝ
debeo concipere ↄfugiēdi ad talē prēȝ tā opulentū tā ſapienteȝ:
tam benignū Confidenť illū interpellabo: qui prior me dilexit
nulliſq̄ȝ meis meritis me ſcȝ meā animā de qua ibi loquiť ſuaȝ
filiam appellare dignatus eſt. Q̄ ſi illum velud inobediens et

puerſa aliquociens offenderim ſcio tñ ꝙ pro peccato filie patri
pena ſufficit exigua In hoc enī ſubleuat̃ τ confortat ſpes nr̃a ꝙ
τ tante ſumꝰ nobilitatis ꝙ τ fratres filij dei ſumꝰ Mathi vltio
Ite nūciate fratribus meis vt eāt in galileam ibi me videbūt.
Et ad hebreos 2°. Qui ſanctificat τ ſanctificatur ex vno omnes.
Glo. ſed ille proprius filius nos adoptiui Pſalmiſta Nunciabo
nomē tuū fratribus meis: qui non mobilia cum yſmahele ſed
hereditatem īmobiliū cū Yſaac percepturi ſunt Bernar. ſuper
Cantica Puto iam me ſpernere nō poterit xp̃s Os de oſſibus
meis τ caro de carne mea. Ideo dicitur ad hebreos 2°. Nuſq̃
angelos apprehendit ideſt nullo locō ſacre ſcripture reperitur
ꝙ natura angelica a ſuppoſito diuino aſſumatur. Sed ſemen
Abrahe apprehendit ideſt naturā humanā ſibi vniuit Unde et
debuit ſcꝫ ipſe Xp̃s per oīa fratribus ſimilari q̃ꝫtū ad ꝑpetates
nature paſſibilis τ non ad defectū culpe: quia hoc impediret re
demptionis opus vt miſericors fieret: per hoc enim ꝙ habuit
naturā paſſibilē habuit quādā aptitudinē ad cōpaciēdū nobis.
Grego. Prebet apud deū homī fiduciā deꝰ hō Eſt enī nobis ſpes
magna penitentibus: quia aduocatus noſter factus ē iudex no
ſter Prima Joānis ſcd̃o Si quis peccauerit aduocatū habemꝰ
apud patrē Jeſuꝫ xp̃m iuſtum: τ ipſe ē propiciacio pro peccatis
noſtris Pſamiſta Saluū fac populū tuuꝫ domine τ bn̄dic here
ditati tue Gloſa Ecce quanta ſpes credentium cum pro eis orat
paſſus pro eis τ iudex eſt τ aduocatus Et Seraphicus ſanctus
in ſtimulo amoris Scio īnquit ꝙ plus ſine cōparatione me dili
git quā pr̄ carnalis vel mr̄ ymmo q̃ꝫ me egoipſe De tanto ergo
patre eleuabit̃ cor meū vt aq̄la: τ iam heres celi oīa inferiora cō
tempnā: quid mihi vltra de terrenis honoribus qui ſum filius
dei: qđ bonū qđ pulcrū qđ vtile quod deſiderabile me allicere
poterit qui heres ſum omnis boni. ¶ De ſcd̃o ſcilicet veritate ꝓ
miſſionis qua promiſit nobis vitam eternam de qua ſperādū
eſt ayt pſalmigraphus Neq̃ꝫ prophanabo teſtamētū meuꝫ Glo
ſa ideſt pactum meum violabo prophana eſſet promiſſio ſi eſſet
inexpleta: non enim quia filij eius peccant ego mendax inue
niar: promiſi enim et facio τ ſi palee recedunt non tamen Xp̃i
ſtus ideo eſt ſine hereditate: nunquid propter malos piſces ni
hil ex illa ſagena mittetur in vaſtula Mittentur itaq̃ꝫ boni
piſces ideſt quos predeſtinauit manet inuiolabile teſtamentuꝫ
dei. Deinde repetit confirmando quod dixerat et que proce
dunt de labijs meis ideſt prophetis non faciam irrita.

Iuraui quaſi diceret vere nō faciā irrita quia iuraui hoī Dauid filio Yſay ſemel ideſt eťnaliter vel imutabiliť: ꝛ hoc in ſcō meo ideſt ſeci eto vnde ꝓphete biberūt. Quid iurauit ſeqtur ꝙ ſemē eius ſcȝ xp̄iani manebit ineternū ī regno dei. Glo. ꝛ idē pſalmiſ. Memoꝛ eſto v̄bi tui Glo. facti ſeruo tuo ideſt ꝓmiſſiōis qua ſpe me vocas ad te q̄ nūq̄ȝ fallis: nō eni cadit obliuio in deū ſȝ ſicut deus diciť penitere qn̄ p̄ter hoim ſpem res mutatur cōſilio nō mutato ita diciť obliuiſci qn̄ tardat ꝛ memoꝛ eē quādo cito dat Hec tn̄ deus facit certa diſpoſitiōe nō deficiēte memoꝛia nec ob ſcurata intelligēcia nec voluntate mutata. Sequiť in quo mihi ſpem dediſti qꝛ eni ꝓmiſiſti ſperare feciſti eťna ꝛ p̄ſentia deſpice re. Mathi 14. Ego ſum via veritas ꝛ vita. Aug⁹. via ſine erroꝛe querētibus: veritas ſine falſitate īueniētibus: vita ſine moꝛte ꝑ manētibus: vel via in exēplo: veritas in ꝓmiſſo: vita in pꝛemio ¶ Tertio de poteſtate redditiōis. Eccleſiaſtes 8. Sermo ei⁹ pt̄a te plenus ē. Luce p̄mo. Nō erit īpoſſibile apud deū ōne verbuȝ ideſt nullū v̄bum erit īpoſſibile apud deū ſȝ nulla res digna ver bo. Yſay. 34. Nō fuit res quā nō contēderim in theſauris meis Cur nō dixit ōne factū. Rn̄det Bernar. vt oſtēderet qꝛ ſoli deo idē eſt facere ꝙ loq̄ velle. Pſalmus. Ipe dixit ꝛ facta ſunt: q̄le igiť verbū īpoſſibile poſſet eē ei qui oīa creauit in v̄bo. Pſalm⁹ Uerbo dn̄i celi foꝛmati ſunt. Ber. Apud eū nec verbum deſidet ab intētione: qꝛ veritas ē: nec modus a fcō qꝛ ſapiā ē. Gen̄: 18. nū q̄d deo quicq̄ȝ ē difficile.

## Spes noſtra.

**Secūdo pꝛincipaliter ſpem** ꝓpꝛia operoſitas iuuat ſcȝ bona. Et ideo dicit magiſť ſentēciarū notāť in diffinitiōe ſpei ex dei gr̄a veniens ꝛ meritis pꝛecedētibus. Un̄ pſalmiſta 4.° pſal.° Sacri ficate. Glo. i. offerte ſacrificiuȝ iuſticie qđ ē ſpūs contribulatus ꝑ penitenciā vel ſacrificiū iuſticie. i. opa iuſta facite poſt penitētiā ꝛ ſic ſperate in dn̄o bona eťna. Et Grego. Bonoꝝ mēs quo duri oꝛa pꝛo veritate tolleraт eo eťnitatis pꝛemia certius ſperat. Ra tionē dicit 10. moꝛaliū. Quia nequaq̄ȝ retributionis gaudiuȝ de eťnitate tollitur ꝙ nō hic pꝛius pia tribulatiōe ſeminatur. Hinc Paulus ayt. Si cōmoꝛimuꝛ ꝛ cōuiuemus ſi ſuſtinem⁹ ꝛ cōreg nabimus: tāto eniȝ maioꝛ fiducia mētem roboꝛat q̄ȝto hāc foꝛti oꝛ pꝛo veritate afflictio anguſtat. Hec ille. Et Bernar. ſuꝑ ſalue Spes ē in virtute quaſi ſintillatio in fomite ſiue fomite durare

nō poteſt ſintillatio hāc ſecus ſpes ruit ſine fundamēto: ſpes enī
ſine vita virtutū ꝛ deuociōis dulcedine nō ē ſpes: ſed pſumptio
inter ſecuritatem ꝛ timoreꝫ ſpes media eſt Hec ille. ¶ Iſta ſpes
non procurat ſecuritatem: ſacietatem: benignitatem. ¶ De ſe
curitate Eccleſiaſtici 24. Qui timet deum nihil trepidabit neqꝫ
pauebit quoniam ipſe eſt ſpes eius Pſalmiſta In deo ſperabo
non timebo quid faciet mihi homo. ¶ De ſacietate Pſalmiſta
Oculi Glo. ideſt intentiones omnium in te ſperāt domine: ꝛ tu
das eſcam illorum corporalem vel ſpiritualem non paſſim ſed
in tempore oportuno Non enī eſt danda eſca ſp ſed in tempore
oportuno: multis enī petētibꝰ ſalubriť differť Dat ĝ qſi medicꝰ
egro qd̄ cōueīt: ꝛ qū cōueīt nō vt hō deſiderat: ꝛ petit ne obſit ſi
det. Pecyt enī de angelo ſathane apl's vt auferreť ab eo ꝛ nō ac
cepit: ſꝫ ppť pfectiōeꝫ ſuā qꝛ tēpꝰ adhuc erat exercēde īfirmitatꝭ
Pecyt dyabolus ad tēptandū Iob ꝛ accepit: ſꝫ ad dāpnationeꝫ
ſuā ipe Xpūs mori venerat: ꝛ tñ trāſfigurās infirmos in ſe ayt.
Pr̄ ſi fieri pōt trāſeat a me calix iſte Et licet nō acciperet qd̄ pe
tere videbať ayt: nō qꝺ ego volo volūtate ſꝫ ſenſualitatꝭ ſꝫ qd̄ tu
vis būdicēs dñm i oī tpe hec glo. ¶ Tertio de benignitate quā
ſpes cōſequiť dicit pſalmiſta. Sperantē aūt in dño Glo. Qui oīa
dat circūdabit vndiqꝫ ne ſit locus hoſti mīa q̄ ē in cōſolatiōibꝰ
¶ Sed ꝓch dolor īueniť plerūqꝫ ſpes affectionis Nā ſcd̄m phm
Spes eſt ſuſpicio futuri boni hec ad ťrena ita mētē deprimit et
obnubilat ne ſurſum tēdere aut verū lumē cōſpicere queat. vñ
Boeciꝰ vltio metro de conſola. diť. Tu q̊ꝫ ſi vis lumie claro cer
nere verū Tramite recto carpe callē Gaudia pelle pelle timorē
ſpemqꝫ fugato: nec dolor aſſit nubila mēs eſt vinctaqꝫ frenis: hʒ
vbi regnāt ꝛ eſt ſenſus Si tu vera cognitione vis iudicare veri
tatē ꝛ attingere viā veritatis proceſſu rōnis: repelle gaudia bo
noꝝ pñcium: pelle timorē futuroꝝ dāpnorū: ſpem terrenoꝝ deſi
derioꝝ: dolorē de amiſſione rerū: qꝛ mens eſt obſcura vincta li
gamibus hec vbi regnāt. Si enī volumus ſpem verā i deo fixā
hr̄e expellamꝰ has q̈tuor paſſiones aīe ſcꝫ: gaudiū ſuperexcellens
pñtis ꝓſperitatis Timorē ſollicitū future aduerſitatis: dolorem
anxiū preſentis aduerſitatis: ſpem cupidā future ꝓſperitatꝭ. De
hac ſpe loquiť pſalmiſta pſalmo. 61°. Nolite ſperare i iīquitate ꝛ
rapinas nolite concupiſcere: diuicie ſi affluant nolite cor appo
nere Gloſa Hic conuertit ſe ad mundanos quaſi diceret Spes
mea i deo eſt Sed vos o filÿ hominū nolite ſperare in iniq̄tate
ſed ſicut ſpes mea in deo ē ita ſic ꝛ vr̄a: ꝛ nolite concupiſcere ra

pinas: vbi nos pocius rapit dyabolus Aug⁹. O lucra dāpnoſa
inuenis pecuniā ꝑdis iuſticiā: ꝑda eni quā vis rape in muſcipu
la eſt tenes alienū ꝛ teneris a dyabolo Et ē ſenſus nec ſperetis
nec cupiatis q̄ cōgregata ab alys rapiunt: ne vo h̄ ſolis paupe
ribus dicere videat. ſubdit Diuicie ſi affluant ꝛ ſi exundent no
lite cor apponere: ideſt nolite ſperare in īcerto diuiciarum ille
q̄ nō habet nō ābiat hic qui h₃ nō ſuperbiat Notanter dicit coꝛ
apponere ꝛ nō hr̄e nō enī dampnat diuicias vn̄ celū mercat̄ ſ₃
coꝛ appoſitū qd̄ ſc₃ nō expendit ſed abſcondit Hec ex glo. Dicit
ḡ ſcriptura. Btūs vir qui poſt aurū n̄ abyt nec ſperauit ī theſau
ris pecunie Et iterū pſalmiſta Btūs vir cui⁹ ē nomen dn̄i: ſpes
eius Glo. q̄ non tꝑalia ſperat ab eo: ſed id qd̄ nomē dn̄i indicat
ſcilicet ſalutem qꝛ ſaluatoꝛ eſt,

Tertio principalit̄ ſpē robo
rat celica ſāctitas per cetū angelicū comune collegiū
virginē virginū De pꝛimo dicit Ber. Ser. de angelis
De excelſo celoꝝ habitaculo ad cōſolādos viſitandos ꝛ adiuuā
dos nos attrahit̄ ſupeminēs caritas angeloꝝ ꝑpter deum ꝑpē
nos ꝛ pꝛopter ſeipſos. ¶ Propterea deum vtiq₃ cuius tāta gra
tia nos miſericoꝛdie viſcera ipſi quoq₃ dignum eſt imitantur:
dicitur nāq₃ vulgarit̄ qui me amat amat ꝛ canem meu₃ Nos
ergo optimi angeli catelli ſumus domini illius quē tanto affec
tu diligitis: catelli inq̄₃ qui cupiunt ſaturari de micis q̄ cadunt
de menſa dominoꝛum noſtroꝛum: q̄ eſtis vos ꝛ hec dixerim fra
tres vt ampliorem de cetero erga beatos angelos fiduciam ha
beatis: ac perinde familiarius in omni neceſſitate veſtra eoꝛu₃
inuocetis auxilia: ſed ꝛ dignius in eoꝛum preſentia conuerſari
Ideo ſecundum Gerſſon ī de mendicitate ſpirituali vbi anima
elemoſinam petit: ita anima ſuum angelu₃ aggreditur inq̄ens.
Aſſum ego pauper ceca in pꝛofundis concluſa tenebris huius
inferioꝛis carceris ī quo nihil eſt luminis ſpiritualis ad cogno
ſcendum bona gloꝛie celeſtis: ꝛ illud parum claritatis qd̄ illuc
eſſe poteſt in me eſt obuolutū ꝛ circūductum fumis ac tenebꝛo
ſis nebulis ac lutoſis paludibus fetidoꝛum mee carnalitatis de
ſideriorum: quāobꝛem incedere neſcio per vias rectas ꝛ vicos
celeſtis ciuitatis nō ab alio ducta. Tunc igitur pretoꝛ dux fidel'
appꝛhēdere manū h⁹tue execate: deduc eā ꝑ vicū ī duiuū ꝑadiſi
vbi ꝯtinere: flere: auxiliū īploꝛare: ꝛ paupi elēa₃ petere ꝑpt̄ deū.

Trahe me queſo ſpecialiter ad tuos cõſodales ceteros angelos
bonis refertos. ¶ Scdõ ꝓpter nos in q̇bus nimirũ ꝓpriaȝ ſimili
tudinẽ miſerãtur. Unde Ber. Ser. Angeloꝝ hodie ꝛc. Ne arbi
tramur inq̇t vos ſupni ciues ciuitatꝫ vr̃e excidio delectari ꝛ rui
na murorũ quos ſe muratos eẽ videtꝫ. ꝛ ĩfra. Cõſtat ſine dubio
rõnis ꝑticipes ꝛ capaces bt̃itudĩs hũanas aĩas angelice ſi id di
cere audeamus cognatas eẽ nature: nec decȝ nos obti ſpiritus
cõtra legis ꝑceptũ dedignari quã viſitare debetis ſpẽm veſtraȝ
licet ĩ multã vt ĩpi cernicis deiecta ſit vilitate. Hec ille. Uocauit
nãqȝ Raphael Thobiã frẽm cũ dixit Thobie v.º Thobia frater
Scis queãdmõm reliq̇ſti prẽm tuũ. ¶ Tertio ꝓpter ſeipos: q̊rũ
ordines inſtaurãdos ex nobis tãto deſiderio preſtolant̃: in ore
enĩ ꝑuulorũ q̇ modo lacte veſcunt̃ ꝛ nõdũ ſolito cibo ꝑficiẽda ẽ
laus maieſtatis diuĩe: cuius hñtes ꝑmicias angelici ſpũs beata
nimirũ delectatiõe fruũt̃: ſȝ tãto ãpli⁹ nos expectãt q̇̃to cõſũa
tiõis eius expectatiõe ſollicitãtur. Hec ille. Quo ad cõmune col
legiũ inq̇t melliſluus doct. Ser. aplõꝝ Pet̃ ꝛ Pauli. Tria ſunt
q̇ in ſcõꝝ feſtiuitatibus vigilãter cõſiderare debemus: auxiliũ
ſci: exẽplũ eius: cõfuſionẽ nr̃am. Auxiliũ eius q: potẽs in terra:
potẽtior ẽ in celis añ faciẽ dei ſui: ſi enĩ dũ adhuc viueret miſer
tus ẽ pc̃toribus ꝛ orauit pro eis: nũc tãto ãplius q̇̃to verius ag
noſcit miſerias nr̃as. Orat pro nobis prẽȝ q: bt̃a illa pria carita
tem eius nõ ĩmutauit ſȝ augmẽtauit: necȝ enĩ q: ĩpaſſibilis fac
tus ẽ oĩo incõpaſſibilis ſȝ potius ſibi nũc induit viſcera mĩe eã
ãte mĩe fontẽ cõſiſtit ꝛ infra. Propterea dedit mihi hoĩes iſtos
q̇ ꝛ hoĩes eſſent ꝛ pc̃tores q̇ in ſeiꝑis diſcerẽt ꝛ de ſeiꝑis qualit̃
alijs miſereri deberẽt. Hec ille. Ita ꝙ ꝛ rõne cõformitatis natu
re ꝛ ꝑfectiõe caritatis patrie. De ꝑmo dicit Cãcellarius Jo. ger
ſon inde mẽdicitate ſpũali. Cõmemorate inq̇t vos glorioſiſſimi
ſci nõ ad veſtrã verecũdiã loquor ſȝ ad meã ingentẽ neceſſitatẽ
Cõmemorate ꝙ aliq̄n meas ꝑtes geſſiſtis. Sum q̇ppe in eo car
cere in eo exilio in ea pauꝑtatis regiõe vbi dũ fuiſtis: voluiſtis
vtiqȝ libẽter iuuari aliũde cõfortari. Id g̊ mihi facite qd̊ vobis
tũc fieri deſiderabatis: illã mihi diſtribuite gratiaȝ q̇ ex gr̃a vo
bis pridẽ donata ẽ. Or ſi alt̃ veſtrũ mihi ĩproperet ꝛ dicat me lõ
ge plus fetidã ꝛ fedatã fateor ꝑfcõ ita eẽ. Sed vñ hoc eis niſi ex
gratia ĩdultũ ẽ Ex eadẽ q̇ppe maſſa pc̃ti extitere ꝑni ad malum
niſi ſuꝑ habũdanti mĩa dei fuiſſent ſꝑuati aut liberati. Et exi
de magis obligamur ad mĩam ĩpendẽdaȝ vt eo liberali⁹ diſtri
buãt quo copioſius acceperũt. Hec ille. ¶ De ſcdõ inquit idem

cancellari⁹ ī eodē Cōuerto cōſiderationē mētis ad illā veſtraꝫ
caritatē ⁊ largitatē quā dū in hac mortali vita cōfungebamini
toga pauperes habuiſtis Unde magnū certiſſimūqꝫ auſum cō
cipio ad vos interpellandum cuꝫ indubie non diminuta ſit per
gloriā veſtra caritas ymmo ineſtimabiliter aucta ⁊ ꝑfecta Etſi
cui vobis deſit miſeria mīa tamē adeſt cū illi ſitis ꝓpinquiſſime
iuncti cui ꝓprium eſt parcere ⁊ miſereri. Que eni egritudo vel
miſeria inuaſit in homines cui mox non eſſetis preſidio ſanādo
ſuccurrēdo famē ſitim:algoreꝫ paciendo alter veſtrū in ſeruum
venūdauit:vt filiū pauperis vidue de manib⁹ hoſtiū liberaret.
alter ſe mortis periculo cōmiſit vt hinc aliuꝫ eriperet:alter diui
ſit veſtē:alij a pietate ſepulture mortuoꝝ ⁊ viſitaciōe captiuorū
retrahi nō potuerūt Alij tāto priuilegio functi ſūt vt de ſuis cor
poribus oleū miniſtrēt infirmis Nec corporibus aūt deſeruiūt
ſed ſpūales grē hijs neceſſariores. Cū eni nihil vr̄e caritati iam
deperierit:ymmo multū accreuerit ꝑfectiōis q̄ꝫtomagis nunc
q̄ꝫ tūc ſuccurret]. Jaꝫ nec vos mori oportet nec tormēta perpeti
ſicut ⁊ olim dum in medijs tormētis cōſtant̄ v̀bum fidei ſaluta
ris predicabatis ad illuminandū eos qui in tenebris ydolatrie
ſedebant:ad dirigendū pedes eoꝝ in viā pacis ad m̄ auxiliādū:
ideo nec aliud peto niſi tatūmodo cōſenſeritis vel dn̄m oraueri
tis vt iuxta meū deſideriū fiat mihi ⁊ tunc abſqꝫ dubio fiet. Si
quidē nihil vobis denegandū arbitror a pr̄e miſericordiarū: h̄
ille Jdeo pſalmiſta dicit Leuaui oculos meos Glo.interiores ī
montes ſpirituales ideſt ſanctos q̄ prius illuminati ſunt ſole iu
ſticie vnde veniet auxilium mihi Et Job ad aliquē ſanctorum
te conuertere. ¶ Tertio quia ſpes noſtra roborat̄ ſpecialiter ꝑ
virginem virginum:docet exemplorum veritas Tradita ptās
deo familiaritas. ¶ De exēploꝝ veritate refert Uincenci⁹ bel
uaceñ.libro 16.c°.65°.⁊ infra ſpeculi hyſto. De Maria egipciaca:
que anno duodecimo relinquēs parētes alexandriā pecijt vbi
ab inicio corpus ſuū tradidit corruptioni 17.ānis ⁊ amplius pu
blico aſtans loco peſſimū ſui corporis negociū exercebat: īdēs
volentibus irrecuſabilit̄ carnis ſue pudorē:repellens ab ip̄a oē
acquiſitionis lucrū cui tātū vinū erat lucruꝫ luxurioſam acqui
rere vitaꝫ. Nā ludus:ebrietates: īſompnietates ſibi pro theſau
ro videbant̄ q̄ egeſtatē pro diuicijs reputabat Eſtiuo vero tēpo
re vidēs turbē libiorū egipciorūqꝫ currentē contra mare: audi
uit eos Jeroſolimam aſcendere crucē redēptionis poſt paucos
dies deſiderantes videre:obtulit corpus ſuum pro naulo que a

iuuenibus ducta nauiculã aſcẽdit:cui tota nauigatio erat: ludꝰ
Ebrietas:adulteria:ridicula:turpia v̉ba:ꝛ alia ſimilia q̃ lingua
exprimere minime poſſet vt etiã honeſtatis viros ad miſeriam
inuitaret:totaqꝫ vita erat aĩaꝝ ꝑditio: ꝛ lacus earũ erat ſua cru
deliſſima caro : vt ĝ ꝑuenerũt ieroſolimã ꝑuenit mane cũ alys
ad regias atrie eccleſie:ſed nõ ꝑmittebat̃ ingredi vix aut cum
magno fletu ꝛ labore appropĩquabat:ſʒ qñ limẽ regie calcabat
alys ingrediẽtibus hãc ſolã q̃dã diuina v̉tus ingredi ꝓhibebat.
rurſus iprudent̃ ſe ĩgerẽs iterato repellebat̃:ĩ tñ vt ſola ĩ atis
ſtãs ĩueniret̃ Eſtimãs q̊ ne ex feminea debilitate h̔ ſibi ꝯtigeret
iterato cũ alys amplius repetebat ingreſſũ cupiẽs introytũ adi
piſci:ſʒ tanq̃ꝫ militaris acies cont̃ cõſiſtẽs ingredi nõ ſinebat: ꝛ
iterata vice vſqꝫ foras atriũ repellebat. Hec iã defecta viribus
ꝛ deſolata mẽbris ita vt nec ſibi ſtãdi v̉tus ſufficeret.poſtpoſitis
oĩbus in angulo atry ſeorſũ receſſit:tandẽ intelligẽs ſordes ſuo
rũ peccatoꝝ ĩgreſſũ tẽpli ſe nõ mereri: cepit miſerabil̃ flere:pec
tuſqꝫ manibus tondere. ꝛ ex alto cordis infinita dare ſuſpiria:
lacrimaſqꝫ affluenter effundere:reſpiciens aũt de alto ĩ quo ſta
bat vidit ſeorſum ymaginẽ fixã vultũ hñtẽ ſancte dei genitricꝭ.
ad quã toto cordis affectu dixit. Sãcta v̉go q̃ dei v̉bũ ĩcarnatuʒ
genuiſti Scio ꝙ ĩmerita ſum tãtis polluta ſordibus ꝛ miſerys
reſpicere magnitudinẽ tuã: ſed certa ſum ꝙ ideo deus queʒ ge
nuiſti hõ dignatus ẽ fieri vt peccatores vocaret ad penitẽtiam.
Auxiliare ergo mihi ſancta dei genitrix qꝛ nullũ habeo ſolaciũ
ꝛ impetra me regias ſancte introire eccleſie: vt cognoſcam ve
nerabile lignũ in quo carne affixus eſt deus:quẽ tu ſcã ꝛ imacu
lata genuiſti v̉go:qui ſuũ ꝓpter totiꝰ mũdi ſalutẽ effudit ſangui
nẽ:iube dña mea meũ adimpleri deſideriũ vt adoreʒ ſanctiſſimũ
lignum crucis fide:dic corã eo quem genuiſti ꝙ denuo carneʒ
iſtam ſordidis ꝛ peſſimis non maculabo operibus:ſed mox vt
mihi crucis lignum adorare conceſſeris renunciabo ſeculo et õ
nibus que ſunt ſeculi ꝛ vadam vbi preceperis. Hec dum diceret
relinquens locum in quo orabat miſcuit ſe inter homines qui
templum ingrediebantur:qui vt vnda maris ipſaʒ intus impel
lebant donec appropinquaret ſancto loco vbi adorãs ſenſit odo
rem ſuauitatis:regrediens vero ad locum in quo promiſſioneʒ
fide dictionis ſancte dei genitrice fecerat flectens genua dixit.
Tu mihi domina miſerta es:meaſqꝫ preces non repulliſti: nũc
vbi tibi placuerit dirige ꝛ demonſtra mihi penitencie ꝛ ſalutis
viam. Dũ hoc diceret facta eſt vox dicens. Si iordanẽ trãſieris

illic bonã ĩuenies requiẽ. ¶ Quo audito duos panes cum dimidio ſecũ detulit trãſfretãdo iordanẽ pueniт ĩ heremũ vbi ſeculũ fugiens habitauit fere ſexaginta duobus annis: vbi in pricipio circa 17. annos grauiter nunc ĩmundis cogitationibus: nunc cibariorum deſiderys: nunc preſtinis delectationibus agitata: et valde a pruinis hyemalibus ⁊ eſtiuis ardoribus tribulata: auxilio fide ductrice ſue dei genitricis Marie protecta: ſolatio trãſegit annorum ſpacia: ⁊ tandem obdormiens animaȝ reddidit altiſſimo. Hec vincentius vbi ſupra. ¶ Nõne Fulbertus carnoteñ. epiſcopus illud omnibus notũ de theophiſo refert exẽpluȝ qui loquens cum dyabolo xpriſtianitatem abnegauit: dyabolũ adorauit: eiqȝ de ſuã mancipatione factum cyrographum tradidit annulo ſuo ſignatum: hic nihilominus aio contrito nomen virginis inuocans per eam predictum cyrographum dyabolo potenter ereptum recepit in pignus libertatis. ¶ Alia quoqȝ exemplorũ multitudo que calamus breuitatis gracia omittit ſpeȝ docet eſſe ponendam in intemerate virginis Marie ſubſidio. ¶ Secundo propter traditam poteſtateȝ. Celeſtinus. Opus creationis fecit vt virgo eſſet filia dei patris ſed opus creationis fecit vt ipſe deus eſſet filius vginis matris: vt nec deus nec dei gratie dentur in munere niſi a beata virgine. Bernardinus in Ser. Aſtitit regina. Nec mirum: quia plus meruit glorioſa virgo in vno conſenſu conceptiõis fily dei q̃ȝ omnes creature ſiue omnes angeli ſiue omnes homines in ſuis actibus motibus et cogitationibus. Et quidem omnes qui meruerũt nihil ampli⁹ potuerũt mereri niſi ſecũdũ diuerſos ſtatus ⁊ gradus in hoc ſẽſu meruit omnia priuilegia ⁊ ꝙ eſſet regina miſericordie ⁊ theſauraria gratie porta celi ſtella maris ⁊c̃ Et Ber. ſmõe de nati. eiuſdẽ Secũde virginitatis ⁊c̃ Intuemini fert quãto deuotiõis affectu a nobis voluerit eam honorari qui totius boni plenitudinem poſuit in Maria vt per inde ſi quid boni bone ſpei ĩ nobis eſt ſi quid gratie ⁊ quid ſalutis ab ea nouerimus redũdare q̃ aſcẽdit delicys afflues. Ortus plane deliciarũ quẽ nõ mõ efflauerit veniens ſed ⁊ perflauerit ſuperueniens auſter ille diuinuſ ⁊ vndiqȝ fluant ⁊ effluant aromata eius cariſmataqȝ gratiaruȝ et infra. ¶ Filioli hec peccatorum ſcala hec mea maxima fiducia eſt hec tota ratio ſpei mee Hec ille Et non immerito noſtra ſpes eſt: quia nos vacui et egeni: ipſa opulentiſſima quia gratia plena Eccleſiaſtci 24. In plenitudine ſanctorum detentio mea. Ipſa enĩ nõ ſolũ ĩ plenitudine ſanctoꝝ detinet: ſȝ ẽt detiet

Detinet nimirũ v̾tutes ne fugiãt:merita ne pereãt:demões ne
noceant iudicẽ ne feteat In hac ſiquidẽ poteſtate conſtituta ad
ſpei noſtre erectionẽ liberalem ꝓmptamq; ſe omnibus exhibet
dicẽs.tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me Vere libera
liſſima Marie curia nõ ſtatuit portarios vt mũdi prĩcipes qui
potentes admittant:emittant egentes Ad hanc enĩ curiã õnes
debiles ⁊ fortes pauperes ⁊ diuites termĩo vniuerſali ĩuitantur
Laudabilis enĩ curia in qua vt aſſolet nõ maior minorẽ opp̄mi
nõ debilit̃ repellit̃ nõ iniqu⁹ potens exaltat̃: ſed omnibus iux̃
opa tribuitur:ergo tranſite ad eam ⁊ ſperate in ea: quia in ipſa
eſt omnis gratia vie ſcꝫ ⁊ veritatis : in ipſa omnis ſpes vite ſcꝫ
glorie ⁊ virtutis ſcꝫ gratie.¶ Sperent ĝ ĩquit Seraphycus In
te qui nouerũt nomen tuũ qm̄ non derelinquis querẽtes te do
mina:certe qui ſperant in te mutabunt fortitudinem aſſument
pennas vt aquile volabũt ⁊ nõ deficiẽt:currẽt ⁊ nõ laborabunt
Quis enĩ nõ ſꝑabit in te q̃ etiã adiuues deſꝑantes:⁊ quis etiaꝫ
nõ ſperabit in te ꝑ quã exaudite ſũt patrũ preces ⁊ eorũ adiple
ta ſũt ꝓmiſſa Quid potuerũt patriarche ⁊ ꝓphete deſiderare q̊d
per te dña nõ fuerit aſſecuti Si antiqui hec oĩa habuerũt per te
quomodo nos qui ſumus vnici filij tui ſanguine redẽpti nõ ha
bebimus q̊d voluerimus poſtulare Sꝫ h̄ incidẽtalit̃ mouet̃ que
ſtio Videt̃ ꝙ nõ ſit ſperandũ ꝙ peccatores orãdo aliq̃d ĩpetrẽt
a deo vel ĩtemerata virgine Maria quibus idem velle ⁊ nolle
ẽ. Primo ſic Joãnis 9.dicit̃. Scimus quia deus peccatores nõ
exaudit Preterea ꝓuer.28. Qui declinat aureꝫ ſuam ne audiat
legẽ orõ ſua erit execrabil̃. Orõ aũt execrabil̃ nõ ĩpetrat aliq̃d a
deo ĝ pccõres ñ ĩpetrẽt aliq̃d a deo ⁊ ſic fruſtra ſperãt.¶ In op
po⁹ẽ illud Aug⁹.ſuꝑ Joã. Si pccõres nõ audiſſet deus:fruſtra
publicanus dixiſſet:deus propicius eſto mihi peccatori Prete
rea Criſoſto.ſuꝑ Mathꝫ . Omnis qui petit accipit ſcꝫ ſiue iuſt⁹
ſiue ſit peccator Rñdet̃ ĝ dicendum ſub iſta concluſione Qꝫ ſpe
randũ eſt ⁊ tenendum pro certo ꝙ peccatores ſepe exaudiũtur
a deo in peticionibus ſuis ⁊ etiã ĩpetrant multa que petunt: ex
pura tamen dei miſericordia.¶ Pro quo notãdũ ꝙ ĩ peccatore
duo ꝯſiderãt̃:ſcꝫ nã quã diligit de⁹ ⁊ culpa quã odit Si ĝ pecca
tor aliq̃d petit ĩq̃ꝫtũ pctõr ẽ ſcđm deſideriũ peccati h̄ a deo non
exaudit̃ ex mĩa:ſꝫ qñq; ad vindictã dũ deus ꝑmittit peccatorẽ
adhuc ãplius ruere ĩ pctã.de⁹ enĩ q̃dã negat ꝓpicius: q̃ cõcedit
irat⁹ Jux̃ Auguſt. Orõ aũt peccatoris ex bono deſiderio nature
ꝓcedens a deo exauditur nõ q̃ſi ex iuſticia quia peccator hoc ñ

meretur ſ; ex pura mĩa: obſeruatis tñ conditionibus vt ſcilicet pro ſe petat neceſſaria ad ſalutẽ pie ꝛ pſeuerãter. ¶ Ad pͥmuꝫ ꝙ dicendũ ꝙꝫ dictũ illud fuit ceci nõ pfecte illuminati: ꝛ iõ non ẽ ratũ ꝗꝫuis poſſit verificari vt intelligat̃ vt peccatoꝛ vel ex condi gno. Ad illud ꝟo puer. Rñdet̃ ꝙ oꝛõ pctoꝛis ẽ execrabilis que eſt oꝛõ eius inꝗꝫtũ ẽ pccõꝛ. Ad hoꝛũ cõfirmationeꝫ dicit beatus Aug⁹. in fine Ser. multe filie cõgrega. diui. Quãtũ vis ſint hoꝛ rẽde iniq̃tates nr̃e neq̃ꝗꝫ de eius mĩa ſcꝫ Marie nobis deſperã dũ ẽ: ſi in cõſpectu eius noſmetipͦs accuſare ꝛ intuentũ eius pe nitẽti coꝛdi voluerimus flagitare pculdubio videbimus auxili um eius ſup nos qꝛ multe ſunt miſeratiões eius ꝛ multe mĩe ĩ uocãtibus eã. ¶ 3ͦ. ſperãdũ eſt de ea ppter dei familiaritatẽ: q̇a dñs ſecũ: de alijs eñi ſcis dicitur ꝙ ſint cũ dño. Geñ. 5ͦ. Ambula uit Enoch cũ dño ꝛ eius volũtati obediuit Sed dñs dicitur cuꝫ Maria: ipa eñi eũ. 9. mẽſib⁹ in vtero geſtauit: vbere de celo ple no lactauit: deũ ſubditũ habuit: ꝛ familiariſſime puerũ in ãplex ibus cõtractauit. Quare Aug⁹. inq̇t. nec mirũ Maria ꝙꝫ digne tibi cõgaudere in celis quẽ puulũ ex te hoĩem natũ totiẽs oſcu lata es in terris. ¶ Et Ancelm⁹. O ꝗꝫtũ gaudẽduꝫ eſt nobis mi ſeris hoĩbus quia angeli dñm ꝛ dñam habẽt ex hoĩbus: grãde priuilegiũ ẽ ꝙꝫ ipa pꝛe oĩbus ſcis familiariſſima ẽ apud deum. ¶ Aug⁹. Neqꝫ dubiũ ſanctis liberatis ĩpendere ſuffragiũ Sed quid tãte Marie potẽtia pdeſſet nobis ſi minus curaret de no bis. Quare inceſſant̃ grãs oĩpotẽti deo reddere debemus ꝺ hac ſpe nobis pposita qꝛ ſicut ceteris ẽ familiarioꝛ deo: ita pꝛe oĩbus de nobis ſollicitioꝛ. Teſte Aug⁹. Te ſolam inquit o ſcã Maria pro eccleſia ſollicitã pꝛe oĩbus ſanctis ſimus. que ĩpetras induci as trãſgreſſoꝛibus vt renũcient ſuis erroꝛib⁹. Jmpetra quod ro gamus excuſa qͦd timemus qꝛ nec potẽtioꝛẽ in meritis inueni mus ꝗꝫ te que meruiſti mr̃ exiſtere eiuſdẽ redẽptoꝛis ꝛ iudicis. Ergo inq̇t Seraphic⁹. Nõ dubito ꝙ ſi ad te venerimus habebi mus qͦd voluerimus in te ꝙͦ ſperat qui deſperat qui deficit ad te currat cofident̃ ad te pueniat qui vult aliq̇d ĩpetrare. Jdeo Au g⁹. in oꝛõne quadã ſup pſalmo 8ͦ. Aue mr̃ vnica cauſa nr̃e ſpei tuis queſo meritis fac miſerta mei vt ab enigmatibus hui⁹ ſpei plena plene pfruar viſione dei: ꝙͦ ſpes nr̃a ſalue. ¶ Sed cur repẽ tit̃ hic ly Salue. ¶ Rñſio triplici de cã: pͥo ad ꝟginis ãplioꝛeꝫ cõmendationẽ: eius beniuolẽcie captationẽ: laudãtis maioꝛem affectionẽ. ¶ De pͥmo Bonauẽ. in ſti. amoꝛꝭ. Quid ẽ inq̇t ſaluta tionẽ replicare niſi tibi ſine fine reuerentiã exhibere Timendo

eam exiſtere tāte excellēcie ꝙ non vna ſʒ mille ⁊ īfinite ſaluta
tiones eidē non ſufficiāt. ¶ De ſcđo idem Seraphicus Quare te
ſalutaui niſi vt redderē te attentū ad vota mea. Et iterū q̄re te
ſaluto niſi vt bñ ſuſcipias ⁊ pficias ipa vota mea Hec ille. Qua
lit igit ſe valeret cōtinere pietas cū audit iteratas ſalutes: num
q̄d mīe regia retraheret manus adiutrices cū mēdicātis audit
replicatas laudes. ¶ De tercio Grego. omelia ſup illud Johan.
Maria ſtabat ad monumentū. Amāti ſemel aſpexiſſe nō ſufficit
q2 vis amoris intētionē multiplicat inq̄ſitionis Sic etiā amāti
ſemel ſalutare nō ſufficit ſʒ amatū millecies ſalutari deſiderat:
ḡ ſpes noſtra ſalue.

## Oratio.

O Certa ſpes Finale refugiū
pfugorū ſalus infirmorū ſolamē miſerorū Maria: ec
ce aſſiſtimus paupes filij qui ptem patne hereditatis
dilapidātes in extrema regiōe vrgēte fame pim⁹: ⁊ reluctātib⁹
opibus finiſtris patris aggredi pñciā formidamus. Quis queſo
pro nobis intceſſor exiſtat cū celicā ſanctitatē offenſam fore cō
ſpicimus niſi tu nr̄e dulciſſima mediatrix noſtra: q̄ es poſt deū
ſpes ſola: īuocamus igit tuā ſolitā pietatē vt tu q̄ cū deo patre
nr̄o familiariſſima cerneris theſaurū totius grē diſtribuis nul
lū q̄ʒ vt geſta docēt cōtēpnis nos cū deo prē nr̄o rcōciliare dep
dita recupare nec nō a deſpatiōis laq̄o pſeruare digneris Amē

## Ad te clamam⁹ exules filii Eue

## Fulbert⁹ epiſcop⁹ carnoten.

Ser. Creatoris mr̄em Seq̄mur te fert o dñā ex totis p
cordijs vociferātes ad te Adiuua ībecillitatē noſtram:
aufer obprobriū noſtrū: vides hāc tunicā pelliceā que nos circū
dedit tunica Eue parētis nr̄e. Hec eſt quā olim ad nos trāmiſit
ac ſupueſtiuit carnē filiorū ſuorū ſicut dyployde confuſione ſua
De manu q̄ppe illius duplicis mali ſemen terra nr̄a ſuſcepit et
cōcepit ⁊ peperit nobis ſpinas ⁊ tribulos iniquitatis in anima
calamitatis in corpore ⁊ per hec mortem vtrobiqʒ. O infelix he
reditas o dira humane carnis īfirmitas vſqʒquo parciemur te
Et quis nos liberabit a corruptela miſerrime huius pellicule
Gratia ſaluatoris noſtri ⁊ filij tui o Maria Ad cuius matrem
tanq̄ʒ vnicū ſubſidium clamamus exules filij Eue.

HEc eſt tertia pars prefatio
nis huius carminis in qua poſt ſalutationē τ ſalutati
dignitatis expreſſionē nūc ſalutātiū exp̄mit calamita
paradiſũ. Or ſi noluerimus nõ inuenimus hic verã requiẽ: quia vbi xp̃s nõ lucet nulla req̃es ſed turbatio. De hac turbatiõis inquietate dicit mgr̃ v̾itatis diſcipul᷑. In mũdo pꝛeſſurã habebitis in me aũt pacẽ. Sed iuſti nũq̃ paciũt̃ t̃bulationes q̇ admiſcant̃ conſolationibus: qꝛ aut hos de⁹ liberat aut paciam confert. iux̃ illud pſal᷑. Cõſolatiões tue letificauerunt aĩam meã ſ̃m multitudinẽ doloꝝ meoꝝ in coꝛde meo. Ecõtra v̾o in mũdanis qꝛ non ẽ pax impys Job teſte Quis reſiſtit ei ⁊ pacẽ habuit nec obſtat illud pſal᷑. zelaui ſup̱ iniquos pacẽ peccatoꝝ vidẽs Quia ſi aliqñ ẽ erit ad tẽpus pax ext̃na nũq̃ int̃na. ¶ Scd̃o ẽ locus deficiẽtiũ in hac valle miſerabili: ⁊ longinqua per dei obliuionẽ diſſipat̃ gr̃e bonis a deo collatis. Fert filius p̱digus Luce. 15. Ego aũt h̃ fame p̱eo: ⁊ nõ ĩmerito: quia hic laboꝛ ſine frcũ iux̃ ſapiẽtis v̾bũ ⁊ bñ ſine fructu: qꝛ nõ ſaciat laboꝛantẽ. Yſaias Nẽpe mũdi amatoꝛes redarguẽs dicit. 55°. c°. Quare appẽditis argẽtũ v̾m ideſt ĩduſtriã ⁊ ſtudiuȝ: nõ in panibus ideſt in fructuoſis opibus: ⁊ laboꝛẽ v̾m nõ in ſaturitate. Nõ tñ enĩ in hoc loco defectibili laboꝛ tñ ſine fructu repit̃: ſed laboꝛ affligens. Eccleſiaſtes. 10. Laboꝛ ſtultoꝝ affliget eos: q̄ ſcȝ vꝛbeȝ ſup̱ne patrie aggredi nequibunt. ¶ Tertio ẽ locus trãſeũciũ ſiue moꝛiẽtiũ Tranſibit inquit magiſter magiſter veritatis Johãnis 2°. mũdus quo ad q̃litatẽ ⁊ cõcupiſcẽtia eius Et ſapieñ. 5°. Spes impy tanq̃ memoꝛia hoſpitis vni⁹ diei pꝛetereũt̃. ¶ Mũdus enĩ ẽ q̃ſi hoſpitatoꝛ triplici rõne Pꝛimo ſicut hoſpes vſũ domus ⁊ vtẽſiliũ concedit hoſpitibus nõ rẽ aut dominiũ ſiue p̱pꝛietatẽ: ſic mũdus hoĩ vſũ mũdanoꝝ cõcedit: ſed nihil educere p̱mittit. Eccleſiaſ. 5° Sic̃ egreſſus nudus de ventre matris ſue reuertet̃ ⁊ nihil affert ſecũ de laboꝛe ſuo. Et ap̃lus p̱ma ad Thymothe⁹. 6°. Nihil inq̃t tulim⁹ ĩ hũc mũdũ: haut dubiũ qꝛ nec auferre quid poſſim⁹. Scd̃o ſicut ideȝ hoſpes cõcedit ſucceſſiue diuerſ̃ hoſpiciũ: ſic mũdus eãdẽ dignitatẽ Baruch 3°. Ext̃miati ſũt ⁊ aly ĩ locũ eoꝝ ſurrexerũt. Tertio ſicut hoſpitatoꝛ ſtatĩ obliuiſcit̃ hoſpitis: ſic ⁊ mũdus hoĩs. Pſal᷑. Peryt memoꝛia eoꝝ cũ ſonitu: ⁊ dñs inet̃nũ p̱manet. Bñ ĩſup vallis lacrimarũ p̱p̃t fletũ in ĩicio Sapie. 7°. Pꝛimã vocẽ ſimilẽ oĩbus emiſi ploꝛãs. Et Innocẽ. in de vilitate cõditionis hũane. Oẽs inq̃t naſcimur eiulãtes vt nature miſeriaȝ exp̃mamus 2°. ĩ medio p̱uerbioꝝ. Riſus doloꝛe miſcebit̃ Quis inq̃t Innocencius vbi ſupꝛa vnicã duxit diẽ ĩ conſolaciõe quẽ nihil offẽderit: qꝛ de die in diẽ magis ac magis hũana natura coꝛrumpit̃ quaȝ nullus euadit. Tertio in vite termino. Pſal᷑. Quoniã defecit in

dolore vita mea ⁊ anni mei in gemitibus Igitur bene ſuſpira
mus gementes ⁊ flentes in hac lacrimarum valle ad te.

## Tertium notatur principale
quod eſt perſonalis demonſtratio cum dicitur ad te.

Scilicet.
- Aque ductium irrigantem
- Ortum fructificantem
- Portum introducentem.

¶ Ipſa eni vͦgo Maria ē aque ductus irrigās hāc vallem que
plenitudinē fontis Juxta Bernar. Ser. ſecūde vͦginitatis ⁊c. De
corde pr̄is accepit ⁊ nobis illū pro vt cape poteramꝰ edidit: nos
eni aquas grāru de celo habere nō poteramꝰ ꝑpter nimiaꝫ celi
altitudīeꝫ ⁊ nr̄am nimiā in valle lacrīarū depſſionē: ſꝫ altitudo
iſtius aq̄ductꝰ tāta fuit ꝙ vſqꝫ ad fontē totius diuitatis ſe erexit
⁊ illū attigit: ꝑpterea iqt Ber. hūano generi tāto tp̄e fluēta grē
defuerūt qꝛ nōdū interceſſerat aq̄ductꝰ. Queramus inq̄t grāꝫ ſꝫ ꝑ
inuētricē grāru. ¶ Ceterū quicq̄d illud ē qd̄ offerre putas Ma
rie cōmēdare memēto: vt eodē alueo ad grē largitorē grā rede
at quo īfluxit: neqꝫ eni īpotēs erat deus ſui hoc aq̄ductu grāꝫ ꝑ
vt vellet īfundere: ſꝫ tibi voluit vehiculuꝫ ꝑuidere: qꝛ forte ma
nus tue plene ſunt ſanguīe: itaqꝫ modicuꝫ qd̄ deo offerre deſide
ras grātiſſimis illis ⁊ oī acceptiōe digniſſimis Marie maībꝰ offe
rēda trade: ſi nō vis repulſaꝫ ſuſtiere. Quibus eniꝫ hic aq̄ductꝰ
ſe coīcat declarat̄ Cāticoꝝ 4º. pr̄io bonis ⁊ deuotis in modū fō
tis cū dicit̄ fons ortoꝝ: ex fonte abſqꝫ labore haurit̄ ⁊ cōtinue il
le emanat. ¶ 2º. pctōribus in modū putei habētis aquas cuꝫ la
bore eductas ꝑ pn̄iaꝫ: cū dicit̄ puteus aquarū viuētiū. ¶ 3º. btis
q̄bus ſe coīcat in modū fluīs in habūdācia ⁊ cū īpetu decurrētꝫ.
⁊ hoc eſt qd̄ ſeq̄tur: q̄ fluūt īpetu de libano. ¶ Scd̄o clamamꝰ ad
te ortū fructificātē Nos igit̄ in hac lacrīaruꝫ valle gementes ⁊
flētes tāq̄ꝫ in loco defectuoſo ⁊ contēptibili ꝑpt̄ ſordiū cōfluxuꝫ
vt ſupra dictū ē indigemus loco fructuoſo contra defectuoſum
⁊ delectabili cōtra cotēptibilē: ideo geminiº ⁊ flemus ad te ortū
fructificātē ⁊ delectabilē: de q̄ ſpōſus Cāticoꝝ 4º. dicit. Ortus
cōcluſus es ſoror mea ortus cōcluſus es Sup q̄ vͦbo Sabineſ.
Plātauerat iquit dn̄s a pricipio ortū voluptatis ſcꝫ paradiſum
in quo poſuit lignū vite cuiꝰ vſufructu amiſimꝰ: qꝛ nō ille ortus
cōcluſus fuit: qꝛ igreſſū īimicus īuenit: ſꝫ ad remediuꝫ tāti fecit
dn̄s aliū padiſ .i. ſcꝫ beate vͦginis vterū ī quo plātauit lignū vite
qn̄ ex ea dei filiꝰ carnē aſſūpſit Sꝫ hūc padiſū ſic cōcluſit dn̄s vt

nulli hoſti maligno ei⁹ pateret ingreſſus. Sȝ pater potencia ſua
illū contra dyaboli violenciā muniuit: filius ſua ſapiēcia cōtra
hoſtis fraudulenciā: ſpūs ſanctus ſua bonitate contra eiuſdem
maliciā. ¶ De ortus huius fructuoſitate ſubdit̃ Inmiſſioēs tue
ꝑadiſus malorū punitorū cū pomorū fructibus: cypri cū nardo
nardus ⁊ crochus fiſtula ⁊ cynamomū cum vniuerſis lignis li
bani mirra ⁊ aloe cū oībus ꝑmis vnguētꝭ. ¶ In hys verbis fe
cūditas orti demōſtratur: nā emiſſiones ⁊ ꝓductiones virginis
dicūtur eſſe paradiſus cū oībus fructibus ⁊ arboribus ⁊ herbis
aromaticis ⁊ vnguentis: ⁊ deſignat̃ per ꝑadiſum eccleſia: ꝑ her
bas ⁊ arbores fideles in eccleſia ⁊ eorū virtutes denotātur. In
fructibus oꝑa ⁊ vnguētis ſacramēta deſignātur: que oīa emitti
vel ꝓcedere dicūtur ex hoc virginali orto: qꝛ ōnes fideles de ec
cleſia oēs virtutes fideliū nō aliter flores at fructus ꝓferūt Sa
cramētorū q̊ȝ vnguenta nō proficiunt niſi radix oīm fides figa
tur in īcarnationis miſterio: per queȝ ⁊ deus factus ē filius mu
lieris ⁊ mulier dei genitrix eſt effecta. Igitur per fructus malo
rum punitorū in quibus ſub vno cortice multa grauia claudūt̃
fructus collegiorū vel congregationū in eccleſia figurātur: per
fructus vero pomorū ſignificātur merita ſingularum perſonaꝝ
per cyprū que eſt arbor candida ⁊ odifera ſignificatur caſtitas:
per nardū humilitas: per crochū qui in colorem ſuuȝ res quib⁹
imiſcitur conuertit caritas exprimitur que eſt omnium forma
virtutum: per fiſtulam vero purpueri coloris ſignificatur xpriſ
ti compaſſio ſanguinis effuſi: per cynamomum cynerci coloris
mortis exprimitur recordatio: per mirram ⁊ aloe carnis morti
ficatio. Ex hoc igitur orto delectabili fructuoſo ⁊ amabili delec
tationem capiamus atqꝫ flores nobis congruentes colligamuſ
iuxta ſtatus exigenciam. Deficientes quoqꝫ fame poſt vomituȝ
ſiliquiarum deguſtemus vt ita nobis pateat ⁊ ſecur⁹ aggreſſus
nos illuc dirigat: ideo gementes ⁊ flentes ſuſpiramus ad te: ad
te inqꝫ tertio celi portam introducentem ſcilicet nos ex hac val
le lacrimarum ad montem celi oreb. De quo monte pſalmiſta ī
terrogādo dicit Quis requieſcet in mōte ſancto tuo Glo. ideſt ī
eterna beatitudine Ubi eſt viſio pacis ⁊ ſupereminencia carita
tis: vbi nullus in agone contendit ſed in eterna pace quieſcit.
Poſſimus etiaȝ ad queſitatio pſalmiſte reſpondere: nos in hac
monte quieſcemus et huius celſitudinem aggrediemur per
Mariam ſcilicet celi portam nos introducentem: quia eam
felicem celi portam confitetur eccleſiaſtica iubilatio.

Quãuis enĩ aly ſancti propter aliquod ꝑticulare adiutoriuꝫ vel ſingularẽ interceſſionẽ eius precedẽtibus meritis Haut dubiũ aliquas ſanctorũ aĩas introduxerũt ꝛ cotidie introducũt: ſpẽali us tñ Maria dicitur celi porta: que tñ ingreſſuros ĩportat ꝛ introducit: ſꝫ patrie ac regis filiũ egredientẽ aſportauit ꝛ ad hanc valleꝫ detulit. Canit idcirco cõfeſſio eccleſiaſtica Cedrus alta libani cõformatᷣ yſopo valle nr̃a. Et notãter dicitur felix celi porta idest nos ad felicitatem introducẽs: felix inq̃ꝫ qꝛ q̃ꝫto ipa ceteris ſanctis ẽ elegãtior atqꝫ ſanctior tãto felitior ꝛ potẽtior ad introducẽdũ: portã pridem celeſteꝫ Eua nobis clauſit ſed Maria nobis aperuit. Canit enĩ eccleſia ꝑadiſi porta per Euã cũctꝭ clauſa ẽ: ꝛ per Mariã v̉ginẽ iterũ patefacta ẽ: nõ tñ porta per quaꝫ nos introductos recipit ſꝫ ꝛ feneſtra celi per quã deus celi oculꝭ ſue mĩe nos reſpexit: idcirco o v̉go bñdicta nos ex huius lacriarũ vallis ꝓfunditate egrediẽtes dirige ad montem hereditatis nr̃e firmiſſimũ: qꝛ ibi vita ꝑmanẽs hic locꝰ moriẽtiũ Pſalmiſ. beati q̇ habitãt in domo tua dñe in ſecula ſeculorũ laudabũt te. Et idẽ delectatiões in dextera tua vſqꝫ ĩ finẽ: ibi qꝛ ſine ꝑturbatione hic locus inq̇etãtiũ. Apocalipſis Absterget deus oẽꝫ lacrimã ab oculis eorũ ꝛ iã nõ erit luctus ſcꝫ pro pc̃tis alienis: neqꝫ clamor ꝓ repugnãcia carnis: neqꝫ dolor pro ꝓprys offenſis: ibi ſacietas ſine faſtidio: hic locus indigẽtiũ. Pſalmiſta Saciabor cũ appꝛuerit glᷓa tua. Et Augꝰ. in quadã oꝛone ſuꝑ pſal. ijº. Ideo ipam ĩuocãs dicit. Aue v̉go v̉ginũ per quã trãſmigratᷣ ſuꝑ vnũ mõtiũ in quo victimatᷣ vepre tẽtus aries: vnde redimatᷣ ꝓfugis qui rediẽs veniã precatᷣ.

## Oratio.

O Voluptatis paradiſus ortꝰ cõcluſus fons pietatis amenitas iocũdiſſima vbertaſ fertiliſſima v̉go fecũdiſſima Maria: nõ ĩmerito ſuſpiria gemitꝰ atqꝫ fontẽ lacrimaruꝫ effundere cogimur cũ ob maximũ celus grãde illud nephas crimẽqꝫ leſe maieſtatꝭ ꝓthoplauſti a cõuentu angelice iubilatiõis de loco voluptatis ꝛ de dicys in babilonicã captiuitatẽ tetrũ pñtꝭ exily carcerẽ atqꝫ hãc lacrimarũ vallẽ eiectos nec nõ iniectos eẽ cõſpicimꝰ: vbi nos ignorãcia circũdat: error detinet: ꝛ incertitudo gubernat: ꝛ q̊ ibimꝰ captiui cui ſuſpiria dirigemus fideli niſi tibi o ſolamẽ deſolatorũ: cõſolatricẽ captiuorũ: verã ſpẽ cõtritoꝝ: eaꝓpter exaudi pauperũ deſideriũ gemitibus ꝛ fletubus circũdatũ: ꝛ da vt cũ dies

egreſſus pn̄tis exily p te ſcalā dirigeutē portāq3 introducentem ex hac valle lacriarū ad mōtē ameitat] ⁊ leticie puenire valea⁹.

## Eya ergo aduocata noſtra.

## Albertus carnoten̄. epūs

Ser. Creatoris matrē quis inq̄t tam ydoneus vt pro nobis loquat̄ ad cor Jeſu xp̄i dn̄i noſtri ſicut tu felix Maria: q in ſecretiſſimis āplexibus amantiſſimi fily tui ſuauit̄ cubas in meridie ſempit̄no eiuſq3 familiariſſimo colloquio cū plena cordis leticia pfrueris. Loquere dn̄a q2 audit filius tuus Recordare v̓go mr̄ duz ſteteris in coſpectu dei vt loq̄ris pro nobis bona vt dicit confeſſio eccleſiaſtica Et rō eſt Quia neminē repimus te ydoniorē: nos igit̄ demētes iudici nō acceptabiles in pprys cauſis te in cauſis pcuratricē doctiſſimā conſtituētes ppoim⁹ verbū cātici nr̄i dicēs Eya ergo aduocata nr̄a.

## Expedita p̄fatiōe noſtri car

minis ſeq̄tur declaratio ſcd̄e ptis : que cōſiſtit in deprecatiōe Jn qua petimus tria: ſcz cauſe nr̄e defenſatiōez oculorū mīe ad nos cōuerſionē: ⁊ fily poſt exitū oſtentationē: primū ibi Eya g̊ aduocata nr̄a: ſcd̄m ibi illos tuos miſericordes oculos ⁊c̄. tertiū ibi Et Jeſum benedictū. ¶ De prima ergo peticione ad preſens videre reſtat cuz dicimus Eya aduocata noſtra. ¶ Circa que verba tria ſunt notanda

Scz
Peticiōis modi ꝯgruitas — Jbi Eya ergo
Aduocatie officy pprietas — Jbi Aduocata.
Marie q̊ ad nos vtilitas — Jbi Noſtra.

¶ Pro quo ſciendū breuit̄ Q2 cōgru⁹ modus petitiōis hys duabus exp̄mit̄ dcōnibus Scz Eya ⁊ g̊ Cōcluſiue gaudēter hortatiue vel dolenē Hec eni dcio Eya aliqn̄ eſt intiectio gaudētis pro vt capit̄ in cātu natitatis Eya v̓go deū genuit ⁊c̄. Et ſic q̊dāmō pōt hic ſumi q̄3uis hic nō ſit materia gaudy: ſ3 q2 recurſus ad v̓ginē ē gaudioſus. ¶ 2.° mō capit̄ aliqn̄ p aduerbio hortandi vt dicit donat⁹ vt in illa pſa Eya recolam⁹ ⁊ ſic in alys q̄3 pluribus locis Et h̄ mō ppus hic capit̄ ac ſi nos miſerabiles creature neceſſitate cōpellēte affectu q̊3 inſtigāte diceremus. Hortamur te dn̄a nr̄a ⁊duocata nr̄a vt petita pficias Similit̄ notat̄ cōgruēs peticiōis mod⁹ in hac dcōnis g̊ Que etiā t̓plex cōmunit̄ capitur Scz cōtinuatie vt in litteris: q̄ſitiue ſicut iudei dixerūt Joanni

Quid ergo baptizas: hys duobus vͦo modis nõ capitur hic Sed
3º mõ ſcꝫ illatiue vel cõcluſiue. Ac ſi ex p̄miſſis vellemus īferre
dicẽdo Omnes decet potẽtes miſeroꝝ neceſſitatibꝰ ꝛ clamori
bus ſubuenire. Sed tu vͦgo p̄potẽtiſſima regia mĩe ad quam cla
mamus exules miſeri ĝ ſubueni clamãtibus vt ſis nr̃a aduoca
ta cauſas nr̃as defendẽdo. Bene inq̄ꝫ ei dicit ĝ quia quicq̄d ma
le cõcluſum fuit per p̄mã nr̃am mr̃eꝫ dyabolo ſophiſticãte totũ
abſtulit h̄ vͦgo maria: q̄ oppoꝰ cõcluſit mutãs ꝛ nomẽ ꝛ opꝰ Eue

## PReterea ſciendũ qꝺ offici

um aduocati vel aduocate ẽ in iudicio contẽdere Qꝺ
q̄dem iudiciuꝫ t̃bus cõſtituit̃ ex p̄ſonis Scꝫ ex iudice
actore ꝛ reo. Actoris vͦo aut rei aduocatus dirigat cãs
in iudicio q̄ꝫobrem videre congruit quotuplex reperiat̃ iudiciũ
ꝛ ſic patere põt officiũ aduocate nr̃e. ¶ Eſt igit̃ t̃plex iudicium

**Scilicet.**
- Internum.
- Extrinſicum.
- Supernum

¶ Primũ inq̄ꝫ eſt internũ ꝛ eſt iuſtoꝝ de quo ſapiẽs Cogitatio
nes inq̄t iuſtorũ iudicia. Quod vͦbũ bt̃us Grego. exponẽs 25. mo
raliũ. Accedũt inq̄t ad ſecretariũ iudicis intra ſinũ cordis conſi
derãt q̄ꝫ diſtricte q̄n̄q̄ꝫ feriat q̄ diu paciẽter expectat: metuũt in
hys q̄ egiſſe meminerũt puniũt flẽdo qꝺ p̄petraſſe ſe intelligunt
timẽt ſubtilia diña iudicia etiã de hys q̄ in ſemetip̄is ītelligere
fortaſſe nõ p̄ñt: vidẽt eni videri diuinitus qꝺ ip̄i in ſe p̄ hũanitatẽ
nõ vidẽt Cõſpiciũt diſt rictũ iudicẽ q̄ quo tardiꝰ venit eo ſeueriꝰ
p̄cutit Scõꝝ etiã patrũ reſidere cõuentũ cũ eo p̄iter contẽplant̃
eorũq̄ꝫ vel exẽpla vel dicta ſe contẽpſiſſe rep̄hẽdũt atq̄ꝫ in hoc
ſecreto interioris iudicij ip̄a mẽtis ſue executiõe cõſtricti p̄citen
do ferũt qꝺ ſup̄biẽdo cõmiſerũt Ibi nãq̄ꝫ aduerſuꝫ ſe quicq̄d ſe
īpugnat enumerat ibi añ oculos ſuos õne qꝺ defleat coaceruant
ibi q̄cq̄d qꝺ pati timẽt nec ẽ de iudicio mẽte cõcepto oẽ miſteriũ
quod punire reos ſuos plenius debeat. Nã cõſciẽcia accuſat: rõ
iudicat: timor ligat: dolor excruciat: qꝺ iudiciũ eo certius: punit
quo īteriꝰ ſeuit Hec ille. De h̄ iudicio inq̄t Paulus jº cor ij. Si
noſmetip̄os iudicaremus Gloſa p̄prias conſciencias examinã
do: non iudicaremur ideſt puniremur a domino: hoc iudiciuꝫ
beata virgo cum filio ſuo diligit. Nam ſcd̃m pſalmiſtaꝫ Domi
nus amat iudiciũ Glo. diſcretiõis int̃ bonũ ꝛ malũ: ſꝫ ī hoc iudi
cio nobis auxiliat̃ aduocata nr̃a Maria: q̄ ītñũ hoīeꝫ ab execu

toꝛe ſcꝫ timoꝛe ligatū ſpe ⁊ dulcedīs ſue cōſideratiōe relaxat: q̄a
ſpes noſtra vt p̄fert dicta eſt per quā vigoꝛ mētis mitigatur ⁊
ex pfundo deſperationis ipa auxiliāte erigitur. ¶ Extrinſicum
vero iudiciū poteſt eſſe triplex: ſcꝫ oꝛdinatio diſcretionis ⁊ hec ē
actus iuſticie cui annectit coꝛrectio quādo coꝛrigēdus cōuincit
vel fatetur ⁊ hoc ptinet ad vtriuſqꝫ ſtatus rectoꝛes de q̄bus dix
it Jetero Moyſi Exodi 18. prouide tibi Gloſa cuꝫ magna delibe
ratione ex ōni plebe abſqꝫ perſonarū acceptiōe viros: a virilita
te cōſtancie dictos: nō effeminatos aut mulieres petētes ſcilicet
iudicare per ſapienciā ⁊ experiēciā ⁊ timētes deū: magis qꝫ ho
mies in q̄bus ſit veritas ſcꝫ vite iuſticie ⁊ doctrine Et q̄ oderūt
auariciaꝫ: quia cupidi de facili flectuntur a iuſticia ⁊ cōſtitue ex
eis vt iudicēt populū. ¶ Sciendū eſt temerarie reprehēſionis de
quo veritatis magiſter dicit Nolite iudicare vt nō iudicabimī
¶ Tertiū eſt iuſte redargutionis ⁊ eſt iuſtoꝛuꝫ contra malos et
peruerſos de manifeſtis ſuꝑ hys q̄ꝫ que bono animo fieri non
poſſunt vt de blaſphemys ⁊ vſuris ⁊ ſimilib⁹ Sꝫ ſicut dicit glo.
ſuper illo Joannis 8°. q Jeſus digito ſcribebat in terra anteqꝫ p
tulit ſentenciā contra adulterā ⁊c. ¶ Significat q nos debem⁹
nos prius digito diſcretiōis diſcutere anq̄ꝫ preſumam⁹ alios iu
dicare: ⁊ tunc ſicut inq̄t aplus prime coꝛ. 2°. Spiritualis homo
iudicat omnia Glo. pro vt ſunt in re Executionis vo iudicy oꝛdi
narie diſcretionis aduocata noſtra ſepe ſuis ſeruitoꝛibus ſaluta
rē procurauit euaſionē. Nam inter alia geſta legit Qr in vigilia
feſti annūciationis angelice Jn auinione duo per ſecularē iuſti
ciam ſunt ad ſtipites manibus ⁊ collis ligati vt cremarent Ac
cenſo igitur igne vnus ex hys crebro beatiſſimā virginē īuocās
vt ſe iuuaret innuendo q aliqn̄ ieiunys ⁊ alys obſequia virgi
ni preſtitiſſet ⁊ ecce idem veſtibus ⁊ coꝛpoꝛe inuſtis penitus ſo
la colli ⁊ manuum vincula ignis conſumpſit ⁊ ab igne ſolutus
exiliuit ſocio ſuo totaliter ab igne conſumpto. Reiectus ē ⁊ ſo
lutus vt prius permanſit inuſtus ac ab igne exiliuit iterum Sic
qꝫ cum laude ad eccleſiam maioꝛem beatiſſime virginis duct⁹
eſt ¶ Et papa iohannes viceſimus ſecundus ſtatuit ob hoc ſero
ter fieri pulſum campane ad quem quicūqꝫ ter geniculādo tria
aue maria dixerit. xx. dies indulgenciarū habebit vt idē papa
tunc idulſit et de p̄fatis omnibus tā de miraculo qꝫ idulgēcys
vidit mgr̄ iohannes nyder eximi⁹ ſacre pagīe pfeſſoꝛ pupblicū
miſteriū lr̄e autentice vt idē refert Ser. 14. de ſanctis ſcilicꝫ de
feſto ānunciacionis marie incipiēte Aue maria tertia queſtiōe

Inſup legitur in ſcđo libꝛo miraculoꝝ eius ca. quīto de q̊dam
fure q̄ q̄cq̄ȝ ad latrocinādūȝ ꝑgeret ipāȝ tn̄ ſalutare nō neglexit
Hic tādem ob nephas patibulo addictus ⁊ in eodē ſuſpēſus eſt
quē beata v̑go ſuis maībus ꝑ biduū abſqȝ leſiōe ſuſtētauit: hunc
enī viri hylari vultu cōcernētes atqȝ illeſum pēdentē guttur il
lius trāſfigere conātur: ſȝ v̑go Maria denuo gutturi manuȝ vt
ſibi videbat̄ appoſuit nec trāſfigi ꝑmiſit: quod eo referente viri
cognoſcētes ſanū depoſuerūt qui monaſteriū ingrediēs donec
vixit feruēter deo ac intemerate virgini ſeruiuit ⁊ ſalubrit̄ dieȝ
ſuū clauſit extremū. ¶ Tertiū vero iudiciū reperit̄ ſuperuū ſcȝ
diuinū Quod quidē triplex ē: ſcȝ mirabilis occultationis: ꝑticu
laris extinctiōis: ⁊ generalis retributiōis. ¶ De p̄mo pſalmiſta
Iudicia dei abiſſus multa Glo. ideſt nulli penitus ſcrutabilia: q2
hos eligit illos reprobat: hec dei iudicia hoīm iudicijs ſunt diſſi
milia. De quo q̊deȝ iudicio dicit btūs Grego. exponēs illud Job
34. Conteret multos ⁊ īnumerabiles ⁊ faciet alios ſtare pro eis
Nō nūq̄ȝ inq̄t 25. moꝛa. poſt male oꝑatiōis vſuȝ ad ſpem celeſtē
ſubito amoꝛe reuiuiſcūt ⁊ qui in ꝑuerſa actiōe ſe ſperſerāt ad ſu
um inēne retractiōis ſemetipos īcrepādo recolligūt hos adhuc
reſpiciētes hoīes quales dudū opere nouerāt tales putāt: at con
tra ibi per diſtricte cōſiderationis examē vitā ſuā qualeȝ fuiſſe re
colūt inſequūtur: ſcit̄ qȝ q̊d fuerūt ſȝ quid iā ceperint eſſe neſcit̄.
In hoc ḡ vtroqȝ genere hoīm ſepe cōtingit vt ⁊ qui videtur ſta
re humano iudicio iam in cōſpectu et̄ni iudicis ſtent Quis inq̄t
eſtimare potuiſſet iudā viuendi ſoꝛtē ei⁹ poſt miniſteruȝ aplat⁹
amittere: ⁊ quis ecōtra crederet latronē cauſam vite etiā in ipo
articulo moꝛtis īuenire Occult⁹ aūt iudex preſidēs ⁊ vtroꝛūqȝ
coꝛda diſcernēs alterū pie ſtatuit alterū iuſte confregit: illuȝ diſ
tricte exterius reppulit hunc introꝛſus miſericoꝛdit̄ traxit. Hec
ille vbiſ̄ Et idē. 3. moꝛa. Conſideremus Saulū quis fuerit cum
ab ipa adoleſcēcia lapidantiū adiutoꝛ exiſteret: cū moꝛs ei fide
liū nulla ſufficeret ſȝ ſemꝑ ad alioꝝ interituȝ alijs extinctis an
helaret: ⁊ ꝑfecto cognoſcimus qꝫ nullus tūc fideliū crederet qꝫ
ad iugū ſuū deus ſue foꝛmidinis vim tante elationis inclinaret
vnde ⁊ Ananias dominica voce hūc poſtq̄ȝ conuerſuȝ audiuit
extimuit dicens: domine audiui a multis de viro hoc: qui tamē
repente cōmutatus ab hoſte predicatoꝛ efficitur Hec ille. Unde
doctoꝛ ſanctus inde eterna beatitudine O q̄ȝ occulta ſunt ī pn̄ti
diuina iudicia. Quis enim inueſtigare poteſt cū dixerit domin⁹
Jacob dilexi Eſau odio habui anteq̄ȝ nati eſſent qđ deteſtaretur

Quis enī inueſtigare poteſt cū dixerit dñs Jacob dilexi Eſau o
dio habui:añq̄ʒ nati eēnt quod deteſtaretur in Eſau: ꝛ quā vtu
tem diligeret in Jacob cuʒ nullum iudicet niſi ſcðm preſentem
iuſticiā:quare ab vno diu grauia ꝛ multa peccata ſuſtinʒ vt Da
uid:aliū vero poſt primū peccatuʒ dāpnat ſicut Saul.Jdeo ayt
apl̄us ad romanos ij.O altitudo ſapie ꝛ ſcie dei q̄ʒ incōprehēſi
bilia ſunt iudicia tua de dāpnādis ꝛ īueſtigabiles vie tue de ſal
uādis.Sed dicit Glo.ſup Gen̄.Nouit dñs cui pcat vſqʒ ad com
mutationē in melius ſicut pepcit Aaron:quoniā nō pdidit cuʒ
alys in cōflatione vituli aurei:ſicut ꝛ Ezechie cōtra quē ore pro
phetico protulit ſentenciā mortis.Jtē nouit cui parcat ad tēpus
q̄uis preſciret euʒ in melius nō mutari:ſicut pctoribus ante di
luuiū dedit centū annorū ſpaciū penitēdi:ꝛ poſtea oēs hoīes p
didit preter octo.Jtē nouit cui pcat vt nec imitationem eius ex
ſpectat ſicut igne ꝛ ſulphure ſubito perdidit Sodomitas Dathā
ꝛ Abyron terra viuos abſorbuit .Quāuis enim hec ſcrutari mi
nime a nobis hic valeat lucide tamen ea videbimus in ſpeculo
eťnitatis .¶ Jn conſpectu enī iudicis cotidie contra nos agit ꝛ
accuſat ideſt accuſabiles reddit antiquꝰ hoſtis aduerſarius hūa
ni generis.Juxta illud Apoca.Proiectus ē accuſator fratrū veſ
trorū qui accuſabit illos ante conſpectuʒ dei noſtri die ac nocte
Quod verbū beatus Grego.exponens 2° moraliū Jn die īquit
ꝛ nocte ideſt in proſperis ꝛ in aduerſis accuſare nō deſerit:quia
modo nos in proſperis ꝛ modo in aduerſis accuſabiles eſſe cō
tendit:inde accuſat cuʒ proſperis nos male vti inſinuat ī nocte
accuſat cū in aduerſis nos nō habere pacientiā demōſtrat.¶ Et
idem in eodē.Antiquus aduerſarius cūqʒ accuſet mala non in
uenit ipſa ad mala inflectere bona querit cū operibus vincitur
ad accuſandū verba noſtra perſcrutatur.Cum nec in verbis ac
cuſationeʒ repperit intentionem fuſcare intendit tāq̄ʒ bona fcā
bono animo non fiant:ꝛ idcirco perpendi bona a iudice nō de
beant Jn hoc eniʒ iudicio conſtituamus Mariam noſtram ad
uocataʒ vt qui accuſabiles per viciorum multitudinem cotidie
redimur eius premys meritis ꝛ precibus excuſemur Et qui in
digni ad agendū in propꝛys cauſis cernimur conſtituendo eaʒ
per procuratorem audiamur.Bernar.hoc poſtulans Sermone
de aduentu Per te fert acceſſum habeamus ad filiuʒ o bn̄dicta
inuētrix gratie geitrix vite mater ſalutis vt per te ſuſcipiat nos
qui per te datus ē nobis Excuſet apud ipm̄ itegritas tua culpā
nr̄e corruptiōis:ꝛ hūilitas deo grata nr̄e veniā īpetret vanitati

Copioſa caritas tua noſtrorū cooperiat multitudinē peccatorū ⁊ fecunditas glorioſa fecunditatē conferat meritorum Domina noſtra mediatrix nr̄a aduocata noſtra tuo filio nos rcōſilia tuo filio nos recōmenda tuo filio nos repreſenta : fac o bn̄dicta per gratiā quā inueniſti per prerogatiuā quam meruiſti ⁊ p miſericordiam quaʒ peperiſti: vt qui mediāte te fieri dignatus ē particeps infirmitatis ⁊ miſerie noſtre te q̄ʒ intercedente particeps nos faciat glorie ⁊ beatitudinis ſue Jeſus xp̄s Hec ille. ¶ Et canit cōfeſſio eccleſiaſtica Ante thronū trinitatis miſeroruʒ miſerata pia maṫ pietatis ſis reorū aduocata cauſa noſtre pauptatis corā deo ſuſtine ⁊ veniā de peccatis ſeruis tuis obtine. ¶ Secūdum eſt iudiciuʒ ſupernum. ⁊ hoc pticularis extinctionis: quia circa mortē hominis vel ſtatim poſt fiet ſuper eo iudiciuʒ pticulare: vt videat homo ſe miſericorditer ſaluatū ſi contritus ē: vel iuſte dampnatum vel dāpnanduʒ ſi in peccatis moritur. Unde dicit Innocēcius tertius libro ſuo 3.° de vilitate conditiōis hūane ꝙ tam bonus q̄ȝ malus anteq̄ȝ anima egrediaṫ de corpe videt xp̄m in cruce poſitum: malus ad confuſionē vt erubeſcat ſe non eſſe redemptū ſua culpa ſanguine xp̄i ideſt fructum redēptionis nō habere. Unde de eis diciṫ Apoca. 1.° videbunt in quē pupugerunt. Et Aug⁹. libro 9.° de trinitate Credimus inquit ꝙ cum carnis vinculis anima noſtra fuerit abſoluta ſi bene ⁊ recte corā deo vixerimus mox in occurſum noſtruʒ occurret angelorum chorus: omniūq̄ȝ ſanctorū agmina in noſtros miſcebuntur amplexus: ⁊ ad adorandū verum iudicem pducent Hec ille. Et idē patet de Lazaro mendico: ⁊ per oppoſitū fit de fratb⁹ ⁊ ſororibus epulonis ſepulti in inferno per demones. ¶ Notandum eni ꝙ ſicut iudiciū vniuerſale triplicia ſigna precedent videlicet remota propinqua ⁊ pxima: ſic etiaʒ in plurimum particulare iudiciū. Remota ſunt elementorum cōtrarietates in homine cōplexionis debilitas vita guloſa irata luxurioſa atq̄ȝ malum regimen in accidentibus in naturalibus: ppinqua ſunt introitus belli trāſitus ad loca periculoſa eſſe īpregnatam frequēter infirmari ⁊ ſimilia. Proxima vero ſunt: deſperatio de euaſione: membrorū mortificatio: quies pulſus vel nimia irregularitas Intenſa peſtilencie īfectio ⁊ ſimilia. Preueniat igiṫ cōgrua aduocacia intemerate virginis ne precipitādo minima monitione preuia īprouiſeq̄ȝ citemur ad hoc iudiciuʒ. ¶ Nos itaq̄ȝ hec ⁊ ſimilia ſigna euidencia iudiciū particularis extinctionis iudicācia futurū concernentes aggrediamur aduocataʒ noſtrā: que

ĩn pluribus vt cõpertum eſt ſigna etiã remota ⁊ ꝓpinqua abſ
tulit ⁊ tempus emendatiõis procurauit. Nõne hoc docet beati
Ancelmi dictũ de canonico trãſfretãte ſecanaȝ redienteq; ab o
pere adultery perpetrato cui precipitato in flumine diuq; puito
a demonibus nil reſtabat niſi particulare iudiciũ vt apparuit: q̃
nihilominus precibus intemerate virginis aduocate nr̃e procu
rãte vite prorogationem atq; emendationẽ obtinuit: iudiciũq;
illud euaſit eo tempore. ¶ Inſup nonne beatus Gregorius tp̱e
quo creuit vehemens peſtilencialis infectio in vrbe tãq̃; ſingu
lare remediũ ordinauit proceſſionẽ: anteq̃; deferebatur ymago
aduocate noſtre: cui aeris ĩfectio ceſſit atq; aer lucidus appuit:
ita ꝙ aeris ĩmoderatio atq; dei vindicta ceſſaſſe videbãtur: vt
dicit Januenſis in hyſtoria longobardica. Recurſuȝ idcirco ha
bemus ad eã vt ipſa ſe finaliter atq; filium ſuum miſericordes
repreſentent in noſtra particulari extinctione: ⁊ hoc eſt quod ec
cleſia deprecatur cũ dicit Maria mater gratie mater miſericor
die tu nos ab hoſte protege ⁊ hora mortis ſuſcipe. ¶ Tertium ẽ
iudicium generalis retributionis ⁊ illud vniuerſale ⁊ futurum
cuius determinatum tempus ſoli deo cognitũ eſt. De quo ozee
quarto Audite verbum domini fily iſrahel quia iudiciũ domi
no cũ habitatoribus terre. ¶ De iudice autem dicendum eſt ꝙ
quatuor modi iudicandi deſcribi poſſunt prime auctoritatis ſcȝ
⁊ ordinarie quo iudicabit tota trinitas. ¶ Secundo ſubauctori
tatis ſecunduȝ delegationem ⁊ hoc modo iudicabit xp̃us vt ho
mo. ¶ Tertio aſſeſſorie dignitatis quo iudicabunt apoſtoli ⁊ vi
ri perfecti. ¶ Quartus approbationis quo iudicabunt õnes ſãc
ti ⁊ angeli. ¶ Angeli vero non aſſeſſorie quia non ſunt xpriſto
iudici conformes in natura ſicut hoĩes apoſtoli ⁊ aly. xpriſtꝰ enĩ
in forma diuinitatis non videbitur niſi a bonis: in forma vero
humaniiatis in qua ⁊ ſentenciam promulgabit videbitur taȝ a
bonis q̃; a malis: bonis blandus prauis terribilis. ¶ De actori
bus vero in hoc iudicio dicũt doctores ꝙ conſciencia arguet re
um in aperto que modo corripit in occulto. ¶ Danielis 7º. Judi
cium ſedit ⁊ libri aperti ſunt ſingulis enĩ aderit vis diuina qua
fiet vt omnia merita vel demerita ſibiipſis ⁊ ceteris innoteſcãt
vt ĩ promptu ſinguli habeant cogitationes accuſãtes. Reducẽt
q; ad meõriã ſingularũ cogitatões affectões opatões ⁊ ĩtẽtões
Ad oſtẽtatõeȝ dĩne iuſticie ꝓꝰ ſtatũ illũ Apo 20 Judicati ſt mor
tui ex his q̃ ſcipta erãt ĩ libris eoꝝ Scdo accuſabit oĩs creatura
Job 20. ꝛuelabũt celi ĩiq̃tatẽ ipy ⁊ t̃ra aduerſꝰ cũ ↄſurgȝ. ſapi. 5º

Armabit creaturã adulationẽ inimicoꝝ ⁊ pugnabit cũ eo orbiſ
terrarũ ꝯ inſenſatos. ¶ Tertius ſpũs boni Jeremie 51° Curaui
mus babilonẽ ⁊ nõ ẽ curata Ac ſi diceret: fecim⁹ qđ neceſſariũ
erat circa babilonẽ: ſed culpa ſui ẽ ꝙ nõ erat curata. De reis vo
dicit mgiſter in quarto diſtinctione. 44. ex ſentencia beati Gre.
ſuper Job. Qz quatuor ordines erunt in futuro generali. Aly
enĩ iudicant ⁊ periũt. Aly nõ iudicãt ⁊ periũt vt increduli. Aly
iudicantur ⁊ regnant: Aly non iudicantur ⁊ regnant vt ibi cla
rius: ⁊ in dictis plurimorum doc. videri põt q̃ breuitatis gratia
calamus pertrãſijt Sed habebit ne ibi aduocacia Marie nẽq̃
mediatricis locũ Nõ qꝛ tunc nullus iudicis poterit fallere ſapi
entiã: flectere iuſticiã: inclinare clemẽtiã: declinare vltionis et
iuſte retributionis ſnĩam. Dies enĩ illa erit ire ⁊ amara valde:
quia ibi aduocacia cõtradictio ⁊ appellatio ceſſabũt. ¶ Errant
deniq̃ depingentes eã genua flectentẽ ante iudicẽ generalis re
tributiõis cũ beato Joãne baptiſta: quia tũc ſedebit ⁊ ipſa iudi
cans. Dicit nãq̃ beatus Auguſtinus ſuꝑ illo v̄bo vos qui ſecu
ti eſtis me ſedebitis ⁊c̃. Nec putãdũ ẽ ꝙ tm̃ illis duodeci h̾ xp̃s
ꝓmiſerit: ſed ibi ſedebit ⁊ Paulus qui plus oĩb⁹ laborauit. Ex
qb⁹ v̄bis elici põt ſi Paulus q̃ pauce reſpectu v̄ginis laborauit
iudicabit: qũo ne iudicabit ipſa q̃ meritis oĩm ſanctoꝝ agmina
excedit: quare ⁊ xp̃o ꝓxima iudicãti ſedebit. ¶ Jdcirco Ambro.
Ser. de natiuitate eiuſdeꝫ virgis Cogitemus inq̃t ſubtilit̃ q̃les
veniamus añ tribunal ſummi iudicis quid boni nobiſcuꝫ refe
ramus quã neceſſarie ſit regie inteceſſio venerãda de ſpe ⁊ fidu
cia quã tñ habemus gaudeamus. Certe ſi nos ip̃i curã nr̃i habe
re voluerimus ⁊ datuꝫ tẽpus nõ neglexerimus ⁊ res noſtre ita
preordinate ſint ita vt abſq̃ dubio perſeuerent ad veram conſo
lationem ipſa adiuuante veniamus Hec ille.

## Aduocata noſtra.

Tertio pricipalit̃ conſidera
tur Marie quo ad nos vtilitas cuꝫ dicit̃ nr̃a. De quo
Bernar. Ser. de aſſump. Cũ oĩs nr̃a ſufficiẽtia ex deo
ſit poterat xp̃us ſufficere ſꝫ nobis nõ erat bonũ eſſe hoiem ſolũ
congruũ magis reꝑationi nr̃e ſexus adeſſet: quorũ corruptioni
neut̃ defuiſſet: plane fidelis ⁊ ꝑpotens ẽ meditator dei ⁊ hoim
homo xp̃us Jeſus. Sed diuina hoĩes in eo vrent̃ maieſtatem:
eteni deus nr̃ ignis cõſumẽs ẽ. Quid enĩ pccõr vereat̃ accedere

Ne ſicut cera fluit a facie ignis ſic peccatores fugiāt a facie dei. Opus igitur erat mediatore ad mediatorē iſtum: nec alr̄ nobis vtilior q̄ꝫ Maria Hec ille. Dr̄ Maria inq̄ꝫ

**Quia**
- Deo iudici grata.
- Prauo actori cōtraria.
- Reo homini amica.

¶ De primo ꝙ grata ſit deo iudici hoc eſt ꝑpter ꝓpinq̄tatē: affabilitatē: dignitatem. ¶ Propinqua ē quia mater iudicis: mater veriſſima: mater ſola abſq̄ꝫ patre: in qua deus homo perfectius diutiuſq̄ꝫ cōmoratus ē q̄ꝫ alie proles. ¶ Pro quo ſciendū ꝙ conceptio xpriſti fuit ſubitanea ⁊ in inſtanti: noſtra aūt conceptio ē ſucceſſiua. Conceptio xpriſti facta eſt virtute diuina: virtus aūt diuina cū ſit infinita effectum ſuū ſubito ⁊ in inſtanti poteſt producere. Unde hec quatuor in conceptione corporis xp̄i in eodeꝫ inſtanti fuerunt: ſcꝫ conuerſio ſanguinis puriſſimi bt̄e virginis in carneꝫ ⁊ alias ꝑtes corporis organici ⁊ aſſumptio corꝑis aīati in vnitatē diuine perſone. In nobis vero propter virtuteꝫ defectiuā agentis ⁊ indiſpoſitionē pacientis hec ſucceſſiue contingūt: ita ꝙ maris conceptio nō perficitur niſi vſq̄ꝫ ad 40ᵘᵐ. diem vt dicitur nono de animalibus: quadrageſimo die aīa in corpꝰ maſculi vt ſepius infundit᷑. Corpus v̾o femine octogīta diebus ꝑficitur ⁊ octuageſimo die aīa vt ſepius inſpirat᷑ vt dicit Durā. in rōnali de offi. in de feſto purifica. Augꝰ. videtur ſuperaddere ſex vt patet ī epl̄a ad bt̄m Jeroᵘᵐ. In xp̄i aūt cōceptiōe materia quā v̾go miniſtrauit ſtatiꝫ formā ⁊ figurā hūani corꝑis accepit ⁊ aīa etiā in vnitatē diuine perſone aſſumpta ē. Hec ex Tho. 3º ſcrip. ſen diſ. 3. artiº. 2º de propagatiōe carnis xpriſti ex matre eiꝰ Et ſic patet qualiter xpriſtus perfecta proles diutius ī vtero ſue veriſſime matris cōmoratus eſt ſcꝫ ducētis ſeptuaginta ſex diebus: hoc ſunt 39. ebdomade ⁊ duo dies ſecundū Alber. 258. caº ſuper miſſus quod eſt congruentiſſimū ⁊ p̄cioſiſſimuꝫ tēpus fuᵘᵐ eundē quo ſecundū ordinem nature nō errantis nec deficiētis partū congruit eē. ¶ Sed hic pōt moueri queſtio qūo xp̄us qui non legē ſoluendā ſꝫ ad īplendaꝫ venit vt hētur Mathi 12º caº Sanctiſſimā matrem ſuā quā ſumme honoraſſet vocando eaꝫ matrē hoc tñ pret᷑mittēs ſolummō mulierem eā legit᷑ vocaſſe. Mulier enī eſt nomen cōmune pertinens etiā ad mulierē quācūq̄ꝫ etiā peccatriceꝫ. Reſponſio Dr̄ aūt xpriſtus hoc ſeruaſſet p̄ceptum de honoratione parentū: nō ſoluꝫ erga matrē q̄ erat v̾a ⁊ ſcā parens: ſꝫ etiā erga Joſeph qui erat parens ſcd̄m publicaꝫ

famam tm̄ manifeſtū ē Legit̄ enī luce 2.º ca.º ꝙ erat ſubdit⁹ ill'
Jn tali enī ſubiectōe principalit̄ cōſiſtit pn̄tū honoꝛ vn̄ deutro.
21.º de filio contumace legit̄ ꝙ non audiuit pr̄is nec matris vn̄
ꝑ locū ab oppoſitis fili⁹ ille vere honoꝛat pn̄tes q̄ ē omnino ſub
ditus illis ſed ſic ē de xp̄o igit̄ rō aūt quare non vocabat ſuam
beatam matrem niſi noīe mulieris pōt aſſignari qꝛ ſ'ꝯ pħm 8.º
ethicoꝝ homines q̄ nolūt honoꝛari teſtificatōez ſue excellencie
querūt Ad humilitatē aūt beate v̂ginis q̄ heroyca erat non per
tinebat querere teſtimoniū ſue excellēcie ꝓſertim reſpectu xp̄i
Nomē enī paternitatis vel mr̄nitatis nō impoꝛtat excellenciā
niſi reſpcū filij illi⁹ patris ſeu matris Manifeſtū ē aūt ꝙ humi
litati v̂ginis glorioſe nullo modo placeret ꝙ vocaretur tali no
mine Quod ipſi⁹ excellenciā ſonaret reſpectu filij ſui ſcilꝫ veri
dei ſed poci⁹ vocari tali noīe quod magnā excellēciā filij r̄ſpec
tu ipi⁹ matris deſignaret Vn̄ ⁊ angelo ſalutanti ⁊ ꝓnūcianti ei
ꝙ erat paritura filiū cuius regni non eſſet finis Rn̄dit ecce an
cilla dni Ancilla enī ē nomē non ſonans excellenciā ſed poci⁹
defectū reſpectu dn̄i Vn̄ xp̄s iſta totaliter ſciens vt plene et pu
re matri obediret vocabat eam illo noīe qđ magis ſibi placere
ſciebat Felices ergo nos miſeri q̄bus benigniſſimus pater hāc
nobis filij ſui matrē ꝓbuit aduocatam Jdeo ſeraphic⁹ ſcūs in
quit ī ſti.amo. O laudabilis clemēcia ſaluatoꝛis qui ſic afflictis
tam nobile laudabile ſubſidiū dignat⁹ ē elargiri O certe dī nr̄i
mira benigītas q̄ ſuis r̄is te dn̄az ꝓbuit aduocatā ut a filio tuo
int̄ ipꝫ ⁊ noſ cōſtituta iudicē qđ volueris ꝓ nobis valeas ipetra
re Nec ei dubiū ē ꝙ noſtra culpa manifeſte dāpnabat quos cō
ſuat aduocacio tue pietatis O mirabilis erga nos mīa dei noſ
tri q̄ ne alias fugerem⁹ ꝓ ſnīa non ſolum dignatus ē ſe nobis
cōmunicare in iudicez vt eſſet deus ⁊ homo Jeſus xp̄us a quo
debꝫ ſnīa ꝓmulgari ſed noluit ipe ꝑ ſua viſcera mīe matrē ſuā
dn̄az gr̄e nr̄az inſtituere aduocatā Accipe igit̄ iq̄t Aug⁹ q̄ſcūqꝫ
meritis tuis impares grāꝝ actōes et laudes Et cū ſuſcepis vo
ta culpas nr̄as oꝛādo excuſa Admitte nr̄as ꝓces intra ſacrariū
tue exauditiōis ⁊ repoꝛta nobis anthidotuꝫ noſtre recōſiliacio
nis ⁊ ſit per te excuſabile qđ ꝑ te ingerim⁹ fiat impetrabile qđ
fida mente poſcimus accipe qđ offerim⁹. Jmpetra qđ rogam⁹
excuſa qđ timem⁹ quia nec pocioꝛē inuenim⁹ meritis ad placā
dum iram iudicis quā te q̄ meruiſti exiſtere mr̄ eiuſdē redemp
toꝛis ⁊ iudicis ¶ Et bernar. Ser. de aſſūpcōe Securū acceſſum
hēm⁹ ad eū vbi matrē hēm⁹ an̄ filiū filiū an̄ pr̄ez. Mater oſ̄dit

filio pectus τ vbera filius patri lat⁹ τ verbera. Puta qꝺ ei nulla pōt eē repulſa vbi tot ſunt caritatis indicia ¶ Secūdo ē deo iu dici ḡta ꝓpter affabilitatem. vnde Canticorū ꝑmo ipſam ſpon ſam filius ſponſus commendat dicens. An ignoras te. O pul cherrima inter mulieres Gloſa Sabinenſis ideſt an ignoras te ꝙ ſis ſtella maris q̄ non ſolū bñ currentes dirigis ſed errantes τ deuios ad ſalutis portum reducis An ignoras te ꝙ ſis medi atrix dei τ hominis vt peccatores diſcordantes a filio tuo redu cas ad concordiam An ignoras ꝙ ſis pulcherrima mulierum Et ideo ad interpellandum pro peccatoribus potiſſima Surge ergo inquit Canticoꝝ 2° ꝓpera amica mea columba mea τ vēi Gloſa Sabinenſis Tuis precibus peccatores natura ꝑ illū mo dum q̄ ſeq̄tur in foraminib⁹ petre foramīa petre vulnera ſūt pe dū τ manuum xp̄i quia petra erat xp̄s ſcd̄ȝ aplin. Cauerna ma cerie ideſt cū vulneribus meis τ inter vulnera mea ad interpel landum pro peccatoribus tuam faciem repreſenta τ quia cum decore meritorum iuuat ipſa dulcedine precum dicit ei cum repreſentacione faciei Sonet vox tua in aurib⁹ meis que mag nam habet virtutem Vox enim tua dulcis quia facies tua deco ra virtutibus ¶. De virginis affabilitate et eloquiȝ congruētia habet notabil' figura ꝑmi rḡū 25°. De abigayl q̄ irato dauid ꝑ gredientiq3 vt occideret virū eius nabal occurreus eundē v̄bis τ muneribus placauit Qui placatus dixit mulieri benedictum eloquiū tuū τ benedicta tu q̄ ꝓhibuiſti me hodie ne irē ad ſan guinez et vlciſcerer τ ne vlciſcerer manu mea. Nabal interpre tatur ſtultus q̄ ſignificat demētē peccatorē Abigayl q̄ inṫpreta tur p̄ris mei exultatō ſignificat mariā q̄ dauid v̄bis τ muneri bus maria meritis τ ꝑcibus placauit Abigayl tpalem vlcionē mariā eternalē conuertit dū illa humanū iſta diuinū gladium auertit Quare bernardus ip̄am alloquēs ait Nemo dn̄a tam ydone⁹ q̄ gladio dn̄i ꝑ nobis manū obiciat vt tu dī amantiſſi ma ꝑ quā ꝑmū dei ſuſcepim⁹ miaȝ de manu dei nr̄i. ¶ Et aug⁹. in oratōe ſuꝑ pſalmo 56°. Aue noſtri generis potens aduocata miſerere miſeris miſereri nata nos qui per te canimus ſolui iu dicata per te ſolui petimus ſolue poſtulata ¶ Tertio propṫ eius dignitatem pſalmiſta Aſtitit regina a dextris in veſtitu deau rato circumdata varietate vbi eius dignitas denotatur quo ad tria quo ad locum. Nam ſi nos pro quibus interpellat ſimus in hac valle lacrimarum ipſa ſtat a dexteris ideo exauditur ſuprema pro iſimis et ſi nos in exilio ipſa in glorie ſolio τ digni

oꝛi loco t̃cỹ regum 2°. Poſitus ẽ thꝛonus matris eius ſedetq̃ ad dexteram eius. Et Celeſtinus ſuper illo eccleſiaſtici 23°. Ego in altiſſimis habito. Merito habitas inq̃t in altiſſimis ṽgo ſublimis: ſedes in altiſſimo ſolio ⁊ nobiliſſima ⁊ digniſſima luces. Secretiſſimo cõſilio: qꝛ ſapiẽtiſſima admitteris: ĩ diſtrictiſſimo iudicio qꝛ miſericoꝛdiſſima letaris in familiari cõtubernio qꝛ p̃uatiſſima: nihil g̊ in te ⁊ apud deuʒ altius quia preter te in creaturis nil amat dulcius. Et Thomas Cantuarieñ. Gaude nexu cõvolũtatis ⁊ amplexu caritatis iũcta ſic altiſſimo vt ad votuʒ cõſequaris quicq̃d virgo p̃ſtolaris a Jeſu dulciſſimo. Jdcirco recoꝛdare ṽgo mat̃ dũ ſteteris in conſpectu dei vt loq̃ris ꝓ nobis bona ⁊ auertas indignationẽ ſuã a nobis: dicit cõfeſſio eccĩaſtica Jnſuꝑ q̃ʒtũ ad habitũ qꝛ ſi nos indigẽtes irreuerẽtes ⁊ miſeri ip̃a ſtat in veſtitu deaurato ꝓuerbioꝝ vltĩo Byſſus ⁊ purpura indumẽtũ eius. Preterea quo ad obſeq̃um famuloꝛũ cũ dicitur circũdata varietate ideſt angeloꝝ ⁊ ſcõꝝ vniuerſitate ⁊ impoſſibile ẽ p̃ces multoꝛũ nõ exaudiri: cõſtituamus g̊ Mariã nr̃am aduocatã qꝛ deo iudici extat gratiſſima. ¶ Secũdo qꝛ eſt prauo actoꝛi cõtraria. Refert enĩ ep̃us Januen̄. in marionali ſuo de q̊dam g̃ui pcẗoꝛe q̇ in viſione deductus ad iudiciuʒ per hũani generis ĩimicũ alloq̇tur tendẽs ad finẽ executiõis illius ⁊ dãpnatiõis et̃ne: ⁊ hoc ꝓpoſitiõe ſua tribus rõnibus fulcita. ¶ Primo vi legis cõdite a ſummo iudice ⁊ ſn̄ie ꝓmulgate iux̃ illud Gen̄. Quacũq̃ hoꝛa comederis ex hoc moꝛte moꝛiemini Et cum iſte peccatoꝛ ſit de eadeʒ pꝛogenie int̃ legis pꝛefate debet moꝛi ¶ 2°. Jux̃ ratione pꝛeſcriptiõis: qꝛ multis ãnis ip̃m poſſedit in ſeruũ ¶ 3°. rõne ꝓpꝛietatis ip̃ius peccati: nã pcẗm ẽ ponderoſum qd̃ trahit altũ in infimum: quare maioꝛa ⁊ ponderoſioꝛa ſunt eius pcẗa q̃ʒ bona geſta: ⁊ ad hoc demõſtrandũ afferatur ĩquit ſtatera. Cuius ꝓpoſitioni cõgruus obuiauit reſponſionibus inq̇ens Cõtra pꝛimaʒ rõnẽ ip̃m inimicum iſtã legem ſiue inſtrumẽtũ falſificaſſe: ⁊ ꝓpterea ad agendũ contra hoĩem tãq̃ʒ falſarius foꝛe repellendum Preterea ad p̃ſcriptionẽ illatã inq̃t eã non eſſe meraʒ ſʒ ſepius fuiſſe int̃ruptã per rõnem cõtradicentẽ ⁊ reluctantẽ ſeruicio tã crudelis dñi. Poſtremo ad ꝓpꝛietatẽ pcẗi ⁊ eius põderoſitatem inquit dignitate paſſionis filỹ fuiſſe validioꝛẽ: ⁊ ad ſtateraʒ oblatã ⁊ ꝑtem virtutibus vacuã ip̃ius manu appoſita idẽ aduerſarius cõfuſus receſſit: vir ille euigilãs vitã ſuã in meliꝰ cõuertit. ¶ 3°. ẽ hoĩ reo amica ꝓpter filỹ cõfoꝛmitatẽ: ſit eniʒ filium eius

maximū dilectionis ſignū homini exhibuiſſe ⁊ caritatē īuiſam cū animā ſuam poſuit pro eodez hūano genere. ¶ Deniq̧ hunc eſſe hūani generis aduocatū Et ideo ſᵐ thomā ca.° 19 in de hūanitate xp̄i licet xp̄s haberet corpus glorioſū tn̄ cicatrices in corpore ſuo ſeruauit vt inter alias rōnes ibi poſitas ꝓ nobis prēm oſtēſis vulnerꝝ cicatricibꝰ aduocaret Unde ad romanos octa.° Jeſus xp̄us q̄ mortuus ymmo q̄ ⁊ reſurrexit q̄ ē ad dexteram dei q̄ etiam interpellat ꝓ nobis Gloſa non voce ſed miſeratōe ⁊ repſentatōe hūanitatis dū cotidie hoīem quē aſſumpſit ⁊ q̄ue genus mortis qd̄ pro nobis ſuſtinuit vultui patn̄o offert vt nr̄i miſereat̄ cuius poſtulatio cū tātus ſit nō pōt contēpni. Et ſcd̄m apoſtolū Joānē Si quis peccauerit Glo. nō deſperet Habemus enī apud prēm Jeſum xp̄m int̄pellat pro nobis ⁊ ip̄e ē ꝓpiciatio pro pctīs nr̄is q̄ exaudit̄ in oībus pro ſua reuerēcia: ꝑ cū enim q̄ſi per mediatorē laudes offerimus: ꝑ eū q̄ſi per aduocatū gr̄as exhibemus: dicit enī ſi q̄d petieritis prēz in noīe meo dabit vobis ¶ Et Augꝰ. in orone ſup pſalmo 16. Aue thronus grē regi ꝑparatꝰ Ex qua nobis ꝓdijt felix aduocatꝰ: nr̄a ſit hereditas xp̄s ex te natus: qui nos ſoluit ꝓferēs nr̄os cruciatꝰ. Et ad hebreos 7.° Semꝑ viuēs ad int̄pellādū pro nobis. ¶ Sz notādū qd̄ dicit Grego. q̄ iuſtus aduocatꝰ iniuſtas cās nō ſuſcipit neq̧ dare verba pro iiuſticia ſentit: oportet nos iuſte viuere ſi nos volumꝰ eū patronuz hr̄e Cui ip̄a v̄go cōformis vt filij ſui dilectos nos diligit. Un̄ Ancelmus in quadā orone Jlle bonꝰ filius venit hoīez ꝑditū ſpōte ſaluare ⁊ mr̄ dei poterit ꝑditū clamātē non ſaluare ille bonus filius veīt ꝑditū vocare ad penitēciā ⁊ bona mr̄ contēpnit peccātē in penitēcia q̄ſi diceret nullo mō. Et iō dic̄ Ber. Ser. de gaudijs ꝓperamus ad gaudia Reuertere inq̄t ꝑ amorē Scio dn̄a q2 benigniſſima es ⁊ amas nos amore īuincibili q̄s in te ⁊ ꝑ te filiꝰ tuus deꝰ tuus ſumma dilectiōe dilexit. Quis ſit quotiēs refrigeras irā iudicis cū iuſticie v̄tus a preſencia deitatis egredit̄ Jnſuꝑ nos diligit ⁊ nr̄i miſeret̄ cuz filio q2 ip̄a noſcit figmētū noſtrū ⁊ īfirmitates plurimas. Un̄ Augꝰ. Ser. mlt̄e filie cōgregauerunt diuicias Sicut inq̄t decet matrez miſericordiſſimā eſſe ⁊ nouit cōpati infirmitatibus hūanis: q2 notum eſt ei figmentū noſtrū: per qd̄ ⁊ interpellare pro nobis apud filiū ſuū nō ceſſat: ſi tamē nosip̄os iniq̄tates noſtras deplorare viderit ac deteſtari certa ⁊ ip̄a penitēciā noſtrā ex multitudīe miſericordie preuenit ⁊ gladiū filij ad percuſſionem extentū continet: orās ⁊ petēs vt cōuerſionē noſtrā lōganimit̄ expectet: h̄ ille

Et vere ſciendū eſt de ipa ꝙ ſicut in hac vita cognôſcens defec
tū nature humane maximā humilitatē habuit ſeipam vilifican
do ⁊ ſe ancillā cū eſſet regina maxia reputādo:ſic in ſtatu glorie
maximā humilitatē habet inter ceteros beatos circa xp̄m ī ad
herendo viuis ſcʒ peccatoribus in hac vita cōtritis : ⁊ de ſuis p̄
cib⁹ deuote cōfidētibus:⁊ ideo tenendū eſt ꝙ ſibi placēt oꝛones
humiliū pro q̇bus etiā cōtinue deū inṫpellat.¶ Poſtremo ē etiā
nr̄a amica ꝓpter nature noſtre cōformitatē:nā eni ipſam gratia
non natura vexit ad ethera.¶ Et ideo Hugo de ſancto victore
Si ꝓtimeſcis inquit ſupplicare ad xp̄m accede ad Mariā:reſpi
ce genus tuū:conſpice non illic ꝙ timeas inuenis. Hec ē prima
pietas qua tibi trepidanti tēperatur excelſior maieſtas In Ma
ria ſiquidē pietas:in patre poteſtas: in xpriſto v̄o ⁊ pietas ex cō
paſſione generis ⁊ maieſtas pro excellēcia deitatis: Maria por
ta:xpriſtus hoſtiū:pater occultum:per Mariam itur ad xpriſtū
⁊ per xpriſtū itur ad deū.¶ Et Ambroſius Ser. de natitate eiuſ
dē virginis Eſt inquit in ſancta matre dei geitrice carnis nr̄e ſb̄
ſtācia Et in Jeſu xp̄o filio eius vera hūanitatis nr̄e aſſumptio ⁊
pulcerrima porcio nr̄i:vbi ḡ porcio nr̄a eſt ꝓuenire credimus q̄
uis ſimus pctores:ſi pcc̄a nos ꝓhibent ſubſtācia nos defendit:⁊
ſi delicta ꝓpria nos excludūt nature cōmunio nos req̇rit. Idcir
co dilectiſſimi eligamus eā dum tempus eſt in aduocatā: nunc
eni tempus acceptabile tempus miſerendi ⁊ dicamus cum illo
deuoto horologio eterne ſapiencie. O etn̄a patris ſapiencia ecce
nunc in prōciniū meum coram te adduco illā tuam matrē dul
ciſſimā tibi eam pn̄tās me p⁹ tergū ſuū abſcondens Oculos nō
audens leuare ante faciem glorie tue per ipſam cupiens exau
diri Ipſam queſo honora ipſaʒ venerare Attende matrem glo
rioſam r̄ſpice oculos huius dulciſſime matris coram te pro no
bis interpellantis quibus te materno in gremio geſtans tam
placide intuebatur Genas eius roſeo colore perfuſasquibus fa
ciem tuam delicatam materno affectu ſibi ſociauit. O quam fe
licia labia eiusquibus os tuum benedictum oculos tuos preful
gidos ac ſingulos quoſque nobiliſſimos artus creberrime oſcu
lata fuit blanda interdum miſcens oſcula verbis Cerne man⁹
has que tibi monſtrauerunt vbera dulciſſima ac feliciſſima q̄
te lactauerunt

## Oracio

O Dei omnipotetis mater mater digniſſima eiq; ſem
ꝑ ḡtiſſima altitudinē icōꝑabilē abiſſūq; ꝓfūdiſſimū

iudiciorꝫ dei ĩ oib⁹ p̄cipue erga nos hõies ĩtuẽtes q̃ cũ miſereri voluerit nl'eo clemẽci⁹ cũ vero iuſticiã tribuere nichil eo ẽribi lius Nos in carcere condẽpnatõis ꝛ mortis vnde nemo eripi põt niſi ex ſingulari ꝛ mera dei gratia quã vt ꝛ vbi vult diſtribu it eẽ cognoſcimus vehementis terroris atque validi timoris Id circo circundati vinculo aſtricti iacentes. Quid eo expedit niſi te quam iudex ille ſingulari ex ſua clemencia nobis afflic tis tam laudabile ſubſidiuꝫ dignat⁹ eſt elargiri humiliter inuo care Eya ergo aduocata noſtra pyſſima qꝛ nec procuratorem ĩ uenimus meritis que meruiſti exiſtere mater iudicis. Adeſto nobis vt amica fideliſſima in extrema noſtra neceſſitate in illa diſtricta hora ſepationis anime a corpe conforta trementes cõ uince accuſantes effuga rodeutes Impetra qd̃ rogamus excu ſa qd̃ timemus ne dampnemur cum impys ſed eternaliter ſal uemur in aduentu iudicis

## Illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte

